ADDENDA

LEXICIS LATINIS

COLLEGIT

ANNOTATIONE ILLVSTRAVIT

C. PAUCKER.

'Αριθμὸς κριτικὸν κοσμοποιοῦ
θεοῦ ὄργανον.



DORPATI
SVMPTIBVS ET TYPIS GVIL. GLAESERI
MDCCCLXXII.

VIRO GENEROSO AC NOBILI

VETERANO VENERABILI

FREDERICO DE BAGGEHVFFWVDT

PATRIMONII WOIBIFER IN ESTONIA DOMINO

PROPRAEFECTO FABRVM LEGIONARIO EMERITO

OB SPECTATAM

PER BELLA CONTRA NAPOLEONEM GALLIAE TYRANNVM EVROPAE PERVASOREM

DIVO ALEXANDRO PRIMO

IMPERATORE

VICTORE ORBIS RESTITVTORE

GESTA

VIRTVTEM MILITAREM

INSIGNIBVS ORDINVM S. ANNAE CL. II S. VLADIMIRI CL. IV CVM TAENIOLA NODATA PROELIARI HONORE ALIISQVE IN MEMORIAM ANNORVM MDCCCXII ET MDCCCXIV MILITIAE PRAEMIIS

CONDECORATO

QVI AD ALTAM SENECTVTEM VSQVE VEGETVS
QVIETE HONESTISSIMA NVNC FRVITVR DIV FRVATVR
FILIIS NEPTIVMQVE PROLE LAETVS FLORENTISSIMA
MVSARVM QVOQVE DONIS OTIA OBLECTANS

AVVNCVLO

IAM ET PROSOCERO

MEO

MAXIMA MIHI CVM PIETATE COLENDO

HOCCE OPVSCVLVM

D. D. D.

AVCTOR.

A*barticulamentum:* Sext. Placit. De medic. ex anim. 23, 2 *aquilae abarticulamenta exorta ex femoribus* (articulamentum 16, 42, Scrib.).

ablingere: Marc. Empir. De medicam. p. 276 E (Medicae art. principes 1567 ap. H. Steph.)[1] *quotidie oculos ablingito.*

abstersio[2]*:* Vindiciani epist. ad Valent. Imp. p. 248 Steph. *tantis sudoris eius abstersionibus laboraui.*

accidia[3]: Plin. Valer. De re medica II, 4 *terrae malum*

Asterisco (*) praenotauimus ea uocabula, quae ipsa quidem noua non sunt, sed significatione induntur noua uel nondum regesta in lexicis; — diplen (>—) appinximus, si quod uocabulum aut 1) figura sui siue immutatum (ut u. c. infra scripta albucium, anulla, genere alphita, cicerculum) siue declinando magis explicatum (uid. e. c. assolitus, attactus) compareat, aut 2) loco motum, ut ita dixerim, syntactico (utputa adiectiuum pro substantiuo, participium pro adiectiuo usurpatum); — crucicula (†) distinximus graecanicas uoces, quae in lexicis graecis non inueniuntur. Siglo HA significatur libellus noster: De Latinitate scriptorum historiae Augustae meletemata ad apparatum uocabulorum spectantia, Dorpati 1870.

1) Marc. Emp. De medicamentis cap. 1: p. 249A—255C Steph., 2: p. 255D—256B, 3: p. 256B—F, 4: p. 256F—259A, 5: p 259B—260D, 6: p. 260E—261G, 7: p. 261G—264F, 8: p. 264F—281F, 9: p. 281F—287H, 10: p. 288A—291B, 11: p. 291C—293F, 12: p. 293F—297C, 13: p. 297D—298F, 14: p. 298G—303E, 15: p. 303E—309C, 16: p. 309D—316G, 17: p. 316G—319H, 18: p. 320A—321C, 19: p. 321C—324D, 20: p. 324E—339G, 21: p. 339H—340F, 22: p. 340G—345A, 23: p. 345A—350, 24: p. 350E—351C, 25: p. 351D—354G, 26: p. 355A—363B, 27: p. 363C—372C, 28: p. 372C—375D, 29: p. 375D—381E, 30: p. 381E—387E, 31: p. 387E—390G, 32: p. 390G—393C, 33: p. 393C—396F, 34: p. 396G—401B, 35: p. 401C—404G, 36: p. 404G—412C.

2) Substantiua uerbalia in -tio (-sio) adhuc collegi: anterioris Antoninorum seculo auctoritatis 1346, posterioris (recc.) 1376. Ex illa tamen superiorum summa deductis postcaesareanae auctoritatis c. 420 (quorum Pliniana sunt 89, Vitruuiana 60), in reliquis usitatiora plus minus (cuiusmodi sunt e. c. actio, coniunctio, dubitatio, eruditio, laudatio, moderatio, oratio, petitio, ratio, seditio . .) reperies uix 450. Maxima utique haec figura in senescente Latinitate cepit incrementa.

3) Cf. aestimiae P. Diac., consequia Lucr. (?), diuidia prisc., incuria, inedia, intemperiae, offucia (fucare), excubiae, exsequiae, insidiae, suppetiae, — congoria

coctum et tritum . . ieiunus manduces, accidiam tollit (i. e. accessionem passionis); al. accidia (corrupt. ex acedia) Isid. Sent. II, 37, 2 *tristitiae gaudium, accidiae fortitudo . . opponenda est*, id. quaestt. in Deuteron. 16, 4 *de accidia* (nascuntur) *otiositas, somnolentia* . .; alia uide ap. Rönsch Itala und Vulgata, Marb. u. Leipz. 1869, p. 238.

> *acora* (ἀχώρ): Theod. Prisc. Medicinae praesentaneae I, 5 *acoras papillas dicimus, quae per cauernas breuissimas humorem pinguissimum mittunt; hae in capite . . emergunt.*

admonitiuncula: Cassian. Collat. XVIII, 11, Gildas Sap. De excid. Britann. praef.

adnatio: Appul. De medicaminib. herbarum 59 *folia . . cum adnationibus secundum genicula*, 62. Cf. supernatio (ann. 83).

adoperari: Solin. 2, 26 *adoperantes gesticulationibus religiosis impune exsultant ardentibus lignorum struibus.*

ad-sub-rigere[4]: Plin. hist. nat. IX, s. 47, § 88 *se paulatim adsubrigens.*

aduersim: Claud. Mamert. De statu animae I, 25, 2 *duabus lineis aduersim positis* (cf. conuersim Mart. Cap., Firm. math., reuersim inf. s. u., retrouersim)[5].

aegritas: Ps. Cypr. adu. Jud. 5 *propter hoc in fame et in aegritate* . .

aesculari: Dosithei art. gramm. p. 59 ed. Keil *aesculor*

Grom., contumia M. Cap. (et differentia ab his significationis quidem genere deliciae ec. res, attegia, effigia, impendia, malluuiae, prosiciae, succidia, alia.).

4) Cf. ad-in-surgere Liu. XXII, 4 (cl. Weissenborn ad l.), adobruere Col., adpromittere Cic., recentiorum (recc.) adimplere, adinflare, adingerere, adinquirere, adinuestigare, h. g. alia.

5) Aduerbia in -tim (-sim), de quibus cf. HA p. 52* sq., numeraui cognita per recc. 152, — uett. 145, in quibus multa insunt obsoleta (cf. Non. Marc. cap. II, in quo capite 33 ut 'noue — h. e. insolite — ueterum dicta' recensentur).

χαλκολογῶ, it. gloss. Labb., ubi etiam est *aesculator* χαλκολόγος [6]).

> *albucium:* Isid. or. XVII, 9, 84 *asphodelus quam Latini a colore albucium uocant* (albucus Plin. App. herb.); — Albucius, Albucilla, cf. pannucius.

aliquiscunque: Aquila Rom. de fig. 42 *aliquocunque huiusmodi motu.*

allectorius [7]): Pl. Valer. IV, 29 *catapotia allectoria fiunt ex brassica.*

allocutiuus: Anecd. Heluet. gramm. ed. Hagen p. 161 (oratio) *est . . allocutiua in epistolis, disputatiua in dialogis . .*

alopeciosus [8]): Th. Prisc. I, 6 in lemm. (ἀλωπεκία).

> *alphita* uel *aphita* fem.: Th. Prisc. I, 10 *ture et aphita . ., semen rosarum cum aphitis . .*, 21, 23, 24; Plin. Val. II, 26 *alfetae quod est polentae hordei sextarium*, qui et *afica* scripsit, ut uidetur, V, 12 *ptisanae sucus uel aficae*

---

6) Alia forma uerbi erat aeruscare Paul. Diac. p. 24 Muell. 'aera undique, id est pecunias colligere', — unde aeruscans Sen. Gell., aeruscator Gell.

7) In -$\overset{s}{t}$orius uett. c. 90, recc. adhuc congregaui 341.

8) Cf. inferius carcinosus, itemque a graecis inclinata nominibus: elleborosus, podagrosus et sycophantiose Plaut., stomachosus Cic., cnephosus antiqui sec. Paul. Diac., thymosus Plin., polyposus Mart., et plura recc., ut acediosus, botruosus, bromosus, bulimosus, catarrhosus, dactylosus, daemoniosus, elephantiosus, hystricosus, ozaenosus, pomposus, scandalosus, stigmosus, strophosus. Increbruit uidelicet per Caesareana secula peregrinas uoces inclinamentis latinis defigurandi consuetudo. Quod genus deriuationis hibridae exemplis illustrasse iuuabit recc. porro his: baptizatio Ambr., cothurnatio Tert., malaxatio Th. Prisc., normatio Grom., pausatio Hier., — baptizator, apostatrix Vulg., syntonator, zelator, — cephalo, onis Pall. (herba), phormio (φορμός), syringio (u. inf. s. u.), — gelasianus Sid., prasinianus Petr., sotericianus Tert, syringianus Apic., — euerganeus Vitr., paralleloneus Grom., — antonomasiuus Serv. Vide praeterea ann. 38 et 48, et de uerbis, quae a nominibus inclinata sunt graecis, ann. 58 (cf. etiam ann. 22 et 55.). Econtra inclinamento graeco a uocibus defigurata sunt latinis e. c. ταβλίζω, ταβλιστής, tablissare Diom., tablista Anth., computista Myth. Vat. III, — concellita Sid., — fratrissa Isid., sacerdotissa schol. Luc., — cerebrismus uid. inf. s. u.

(γρ. asicae); Marc. Emp. p. 328 D *cum alphita aut alica;* — in uocabulariis medii aeui latinis et alphita exstat et aphita uel affica.

altiuagus: Eustath. Hexaemeron VII, 1 *litorei, altiuagi* (pisces), Chalc. in Tim. 75, Sisebut. Anth. Lat. 483, 20 (Riese) *non illam* (lunam) *mulier detrahit altiuaga e specula.* — Cf. fluctiuagus, lustriuagus, montiuagus nemoriuagus, noctiuagus, nubiuagus, paludiuagus, pontiuagus, undiuagus, quae poetarum sunt omnia, — et soniuagus (?) Vict. Vitens. persec. Vandal. II, 6 'turbo ueniens tempestatis soniuago flatu coepit aduentum suum surgente puluere demonstrare.'

amandula: Pl. Valer. V, 30 *castaneae et nuces accipiendae sunt, amandulae, pistaciae . .,* V, 43, sed 33 al. amygdalae (amandola et amandalarius Cang. Gloss. med. et inf. Lat.).

> *anulla* (demin. ab anus): Prud. Perist. VI, 149, — anilla Macrob. diff. uerb. 21, 6; uulgo rectius anicula.

apomeli: Pl. Val. V, 6 *micas panis cum apomelite* (Dioscor.), V, 13 *de pane micas cum apomelle* [9]).

> *apostema* fem.: Isid. or. IV, 7, 19 *collectiones Graeci apostemas uocant;* — cf. ib. 17 'fluor reumae', alphita sup. s. u., et Neue Latein. Formenlehre uol. I, p. 334 sq.

† *apotherisis* (θέρισις): sic enim legendum pro apopherisis Pl. Val. I, 50 *ad hunc morbum sub lingua sanguinem detrahi uel de brachio, ita ut alio die apotherisim faciat . .,*

9) Cf. hydromeli, itis Plin. et hydromel Th. Prisc., ut II, chr. 2 *hydromelle,* Pl. Valer., — oenomeli Dig. Pall. et oenomel Th. Pr. II, chr. 14 (oenomelum Isid. or. XX, 3, 11), — ὀμφακόμελι et omphacomel Pall., Pl. Val. V, 21, — oxymeli Plin. all., Th. Pr. I, 19 *oxymelite,* et oxymel Th. Pr. I, 16, Pl. Val. I, 60 . . (oximelum Is. l. l. 12), — rhodomeli Pall. et rhodomel Th. Pr. I, 15, Pl. Val. V, 5 (rhodomelum Is. l. l.), — saccomel inf. s. u., — melimelum Plin. Mart., malomellum Isid. or. XVII, 7, 5. Cf. et oxypiper Th. Pr. IV, f. 311 b.

et ibid. *item phlebotomum uel apotherisin secundum uires.*

applausus, us.[10]): Firm. math. I, 10 *in chorumque locupletatus applausus.*

aqueus: Firm. math. II, 12 *cancer signum . . aqueum, flegmaticum, . . animalia marina et aquea.*

argentile[11]) subst.: Anecd. Heluet. p. 109 sine auct.

arsura: Placit. 31, 16 *arsuram stomachi compescit*, App. herb. 117, 2 lemm.

artificalis (artifex): Pompei. Anecd. Heluet. p. 85 *omnia nomina aut naturalia sunt h. e. simplicia aut artificalia id est composita;* — artificialis (artificium) Quint.

artigraphia: Anecd. Heluet. p. 174.

assellatus, us.: Th. Prisc. IV, f. 314ᵃ (Medici ant., Venet. 1547 Ald.) *si infanti ad assellandum intestinum descenderit, siue sanguine puro, siue cum stercore assellatus, sublauet se de aqua suprascripta,* — a uerbo assellari IV, f. 312ᵇ al., Veg. u. (act. Th. Pr. IV, f. 315ᵃ *qui sanguinem assellant).*

> *assolitus:* Faust. Rheg. de grat. Dei 17 *si non uult, assolitam attrahentis beniuolentiam non meretur* (lexica 3 sing. et plur. ind. praes. tantum agnoscunt).

astago: Pl. Val. V, 27 *de maritimis piscibus non multi sunt qui expediri possint, . . sic etiam astago datur*, V, 16 *ostracodermas, id est astagines et cirridas* (γρ. ciretias) et *pectines . . comedant;* — astacus Pl. Isid. Eustath. hexaem. VII., 2.

---

10) Nomina in —tus (— sus) uerbalia adhuc numeraui uett. 457, recentiorum (h. e. postantoninianorum) 242 ($34^{2}/_{3}$ %).

11) Exemplis figurae in —ilis recc. sex HA p. 34* ascriptis add.: agnile gloss., beluilis Jul. Val. gl. (belualis Macr.), brachilis Isid., cassidilis subst. Vulg. Tob. 8, 2, gl., cortile, currilis (a currus), hoedile gl., lignile gl., monachilis.

> *attactus*: Cl. Mam. an. I, 23 *asper attactus;* — ceteri sexto tantum casu, ut Varr. Verg. (attactu nullo), Lact., Pall.

auricularis: Pl. Val. IV, 18 *tumoribus auricularibus*; — auricularius Cels. all.

B*alsamaria*: Plin. Val. III, 15 *herba.*

bellificare: Theod. Prisc. IV, f. 316ª *animalia sine sanguine utputa pulpas, sepias . ., qui sua uirtute nauim bellificantes* 12) *opposito ore uel mordente immobilem retinent.*

bisextium: Marc. Emp. p. 380 D *cum bisextio aquae*; cf. bisextialis id. p. 306 D *olla* (i. e. quae binos sextarios capiat), et trisextium p. 316 D.

blatta q. glis: Marc. Emp. p. 287 E *gliri seu blattae pellis detrahitur.*

blutthagio 13): Marc. Emp. p. 287 G *herbam quae gallice dicitur blutthagio, nascitur locis humidis.*

bricumum: Marc. Emp. p. 358 A *artemisia herba quam gallice bricumum appellant*; — „scrib. britumum s. britunum, nam cambrice brytwn = artemisia."

buccellago: Pl. Val. I, 20 *bulbis afris tritis buccellaginem ex eis spissam cum melle et nitro contritam* 14).

---

12) Bellificare = bello appetere, afficere c. acc. constr. ut pacificare, munificare, recentiorum damnificare Greg. M., honorificare, crucificare, turificare, imbrificare. Cf. ann. ad. 'nutrificare'.

13) Cf. infra bricumum, calliomarcus, calocatanos, gigarus, gilarus, odocos, ratis, uernetus, uisumarus, et de istis omnibus Jac. Grimm Ueber Marcellus Burdigalensis in: Abh. d. berl. Acad. d. WW. a. d. J. 1847 phil.-hist. Cl. p. 429—60 (cl. Zeuss Gramm. Celt. praef. p. XLVIII).

14) Quodsi buccellago dicta est massa quaedam buccellaris, quae similis sit eius quod est buccella uel buccellatum (scrr. hist. Aug., Amm., cod. Theod., Pl. Val. I, 6), figura constitit eiusdemmodi, qua et herbarum uocabula in —go ple-,

† *bulimiacus:* Th. Prisc. II, chron. 16 *praeter consuetudinem edacibus hoc est* βουλιμιακοῖς.

buxtula (a buxum: boîte, Büchse): Paul. Diac. uit. Greg. M. 24 *apertae sunt buxtulae, et in singulis singulae panni repertae sunt portiunculae*; — cf. ib. superius: 'particulatim pannos diuisit et singulis buxis imposuit, munitisque eis sigillo . ., petitoribus tradidit;' bussula, bustula Cang.

C*aliginare:* Marc. Emp. p. 272 B *caliginantibus oculis* (uett. caligare)[15].

calliomarcus: Marc. Emp. p. 316 B *herba quae gallice c., latine equi ungula.* Equus hib. gael. marc, cambr. march, apud Galatas ueteres marca (Paus. X, 19, 6); de callio- = ungula quid coniectauerit Grimm., legito apud ipsum p. 436.

calocatanos: Marc. Emp. p. 331 H *papauer siluestre quod gallice c. dicitur.* „Scribendum catocalanus (unde coquelicot); papauer hib. codlainean, gael. codalan, ut somniferum (hisp. dormidera), a codal, cadal = somnus, codalan = somnus breuis etc.“

camia: Pl. Val. I, 3 *succi camiae.*

campanella: Anecd. Heluet. p. 182 *nola et campanella unum est . ., ut est illud Auieni de cane Jusserat in rabido gut-*

raque, ut cunilago (species quaedam cunilae), laurago (lauri similis), lappago, molligo, plantago, plumbago, solago, recc. ferulago, citrago, uitrago (inf. s. u.) cett., — et alia quaedam in —go concretiua, utputa milago s. miluago (piscis milui auis similis), lanugo, uitiligo (a uitilis), mucilago.

15) Cf. recc. aeruginare, auruginare Tert., ferruginans id., robiginare App. (neutra omnia), — discapedinare App., intercapedinare M. Cap., C. Aur., Fulg. myth., — imaginari, libidinari post Aug. Apud ueteres a femin. in —do, —go inclinata uerba exstant nulla.

ture ferre nolam (Auien. fab. 7, 8); — campana κώδων gl. Labb.

cancrosus: Placit. 11, 6 *uulnera*, 17, 21 *ulcera.*

caniculatus: Marc. Emp. p. 302 H *uuam caniculatam combure.*

cantula: Pl. Val. V, 36 *uolatilia dabis phasianos*, . . *merulas*, *cantulas*, *ficedulas*, 25.

capreolinus [16]): Pl. Val. V, 30 *carnes agrestes quales sunt ceruina*, . . . *caprulina;* sic enim scriptum habetur, cf. caprollus pro capreolus Cang.

capsilago q. hyoscyamus s. iusquiamus: Plin. Val. II. 28 *capsilaginis seminis quod est iusquiami siliquas XVIII.*

carcinosus: Marc. Emp. p. 258 C *ulcera carcinosa.*

carpobalsamum: Pl. Val. I, 11 (Galen.).

cauitas: Th. Prisc. IV, f. 317 [a] *in uascolorum cauitatem.*

causos (καῦσος): Th. Prisc. II, 12 *quem morbum aliqui causon appellauerunt*, II, chron. 16.

cautelitas [17]): Ennod. ep. VIII, 8 *aut forte contra me illam*

---

16) Cf. inf. cetinus, gruinus, ibicinus, pecorinus, struthioninus, suillinus, inclinata itidem ab animalium uocabulis, nisi quod suillinus non recta a sus, quemadmodum suinus Theod. Prisc. IV, f. 314 [a], sed a suilla (suin-ula), sicuti bubulinus M. Emp. p. 283 C *medulla*, Junior Philos. descr. orbis 61 (bouinus Th. Prisc. diaet.), ouillinus Th. Prisc. diaet. (ouinus Ser. Samm., Plac. 15, 5, Pl. Val. I, 58). Ceterum in —inus inclinata ab animalium appellationibus omnino cognita habeo e superiorum scriptis 62 (adde 3 deminuta ab eiusmodi in —illus), e recentioribus 34, quo e numero his potissimum, quae cum maxime excussimus, scriptis medicinalibus accepta referimus praeter superius apposita etiam haec: castorinus M. Emp. Ed. Diocl. (cf. bebrinus sch. Juu., fibrinus Plin.), leopardinus M. Emp., scrofinus id. aliquot. et Pl. Val. V, 35, taxoninus M. Emp., simi-n-inus App. herb.

17) Monstrum uocabuli, cuius plane simile non inuenio, nisi forte, ut defigurata ipsa quoque a subst. abstr., libidinitas Laber., salebritas App., — ponderitas Acc., cf. et sorditas inf. s. u. Alia insolentioris figurae in —tas specimina sunt a subst.: adulteritas Lab., autumnitas Varr., ficitas Nou., oliuitas Varr. Col., — plebitas Cato, famulitas Pac. Acc., filietas Cassiod., Platonitas Boeth. (cf. Lati-

tuam cautelitatem aestimas esse seruandam.? Dedignaris colloquio etc.

celsithronus: Anecd. Heluet. p. 185.

celtica subst.: Th. Prisc. III, 3 *artemisia admiscenda . ., aliquando casia et celtica*, al., it. Pl. Valer. I, 2 (spica celtica Th. Prisc. IV; f. 312[a], Pl. Val. l. l., an nardus celtica Pl. Val. II, 17).

centennis: Gild. Sap. II (epist.), 2 *num centennis tu uel coaeuus Mathusalae seruaberis?;* — recc. etiam triennis, quadriennis, octennis, nouennis, sedecennis.

centenodius: Marc. Emp. p. 388 G *herbam centenodiam.*

>— *cerasium* pro cerasum: Marc. Emp. p. 286 D.

cerebrismus: Th. Prisc. II, chr. 13 *fit interea hoc cerotarium competens cerebrismis.*

* *cerebrum* = κρανίον: Pl. Val. I, 8 *pastillos in cerebro seu hemicraneo superligabis*, I, 1, IV, 52 (sed = ἔγκρανον, ut uulgo I, 2), Th. Prisc. IV, f. 313[a] extr. *de manu sinistra haurito aquam et supra cerebrum ter mittito* (ut uulgo IV, f. 318[a] s. f.), Marc. Emp. p. 290 B *pollicem et medicinalem digitum a fronte usque ad cerebrum et inde usque ad ceruicem duces*, ib. A, 291 A, al., Seren. Samm. 25 *si nocuit cerebro uiolentia solis aperto*, cf. 130, Vict. epit. 1, 15 *ut cerebri ualido incursu parietem pulsaret*, Sidon. Apoll. epist. III, 13 *taceo cerebrum crebra uibice peraratum, quod parum amplius tegi constat capillis quam cicatricibus*, Greg. Hist. Franc. II, 40 *bipennem cerebro eius illisit.* Cf. cerebellare Veg. uet.

---

nitas, recc. Graecitas, Romanitas, Christianitas, paganitas), — a uerbis: differitas Lucr., indulgitas Sis. Coel. Antip., albescitas Aug. soliloq. Sid., exauctoritas (exauctorare) C. Theod., reconcilitas gl., — ab aduerb. iteritas Boeth., uicissitas Acc. trag. Vides omnia istiusmodi esse aut priscorum figmenta aut recentiorum. Solitaneum tamen in —tas a subst. hereditas.

cerio: Th. Prisc. I, 5 *ceterae papillae quas ceriones appellamus*, — cerium (κηρίον) Plin.

cetinus: Th. Prisc. II, chr. 17 *cum felle taurino uel cetino perungendus erit.*

cholagogus: Th. Prisc. II, chr. 14 *purgationibus cholagogis.*

cholicus: Pl. Val. II, 17 (Plut.).

chrysatticus: Pl. Val. V, 9 *uinum*, it. V, 33, Ed. Diocl. 3, 14, „Coripp., Gloss.“ (Alex. Trall.).

chymiatus: P.. Val. II, 18 *ammoniaci chymiati libras III;* — ¿ an: chymatus, a χυμοῦν, ut apozymare Th. Prisc. ζυμοῦν, liare Tert. λειοῦν, mastigare Cypr. μαστιγοῦν.

>— *cibulla*: Pl. Val. II, 3 *dactilum teres cum cibulla germanica*; — cepula germanica Coel. Aur., cepulla Apic.

>— *cicerculum* (a cicer): Marc. Emp. p. 312D *globulos cicerculi magnitudine*, — cicercula (a cicera) Colum. Plin.[18]).

cicis (κηκίς q. galla): Pl. Val. II, 28 *cicidon unciam unam*, it. ib. inf., et sic ib. sup. identidem pro cyados reponendum cicidos.

circio, onis (circius): Gild. Sap. I (hist.), 11 *a circione.*

circumquaque: Augustin. de haeres. 87 *nec umquam*

---

18) Cf. inf. corrigium, gladiola, napa, podius, turundus, et alia, ex usu posteriorum exempla nominum per genera uariationis allata HA p. 64 sq. et 54 *, quibus add. amphitheater chronogr. Momms. p. 648, 7, apius Pall., cululla Porph. ad. Hor. C. I, 31, 10 sq. pro culullus, folia, ae Isid. or. XVII, 9, 105 pro folium, uertebrum Pl. Val. II, 45, 46, C. Aur. pro uertebra, uerticulus Pl. Val. II, 45, Solin, C. Aur. et —um C. Aur. pro uerticula Lucil. Vitr., et deminutina: campicellum Grom. p. 312, 17 Lm., centunculum ed. Diocl. equestre, furfuriculae Marc. Emp. p. 260C (nisi legend. furfuriculos), nucunculus N. Tir. p. 241 Kopp, panuncula N. Tir. et uett. quoque panicula (cum *hunc panum* scripserit etiam Marc. Emp. p. 304, at Pl. Val. III, 27 panas), pernunculus N. Tir., urceola Pelagon. (sed immutata significantia), alia.

eis defuit, unde adoptarent, generantibus circumquaque uicinis, Eugyppii uita Seuerini 13 *cruciatus intolerabilis circumquaque uicinis factus erat ipsa diuturnitate notissimus*, 20 *omnium c. sationes integras uehementer admirans*, „auct. orig. gent. Rom. 17 'cetera oppida circumquaque'."

circumterminare: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 31 *ipse se ipsum circumterminauit*, ante „Isid."

circumuolutatio: Chalcidius interpr. Plat. Timaei 18 *cuius est orbiculata circumuolutatio*; — circumuolutio Beda.

citrinus (pro citreus): Firm. math. II, 12 s. f. *colorem uiridem citrinum* [19]).

clamatio: Philastri De haeres. 155 (cum tanta immensitas Dei dicitur atque nuntiatur, duabus pennis, id est a Cherubim et Seraphim, lege atque prophetis canitur et praedicatur.) *Duarum etiam pennarum clamatio die noctuque, id est hic et in futuro, cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio non desinens, inuenitur quotidie resonando.*

clauiculus: S. Placit. 15, 3 *clauiculos qui in manibus nascuntur aut in ueretro.* Idem est clauulus Marc. Emp. p. 395H 'uerendi uirilis clauulis', Th. Prisc. IV, f. 312ª ex., — et clauellus Marc. Emp. p. 398D 'plerisque nomine

19) Cf. inf. scortinus, et de adiectiuis materialibus in —inus (—ineus), —nus (—neus), —ginus (—gineus) HA p. 21* sq. Praeter ascripta l. l. in —ĭnus originitus latina exstant fere haec: a) anterioris quam Plinii uel Columellae auctoritatis amaracinus, cannabinus, cucurbitinus Cat. r. r., faginus, funginus, murrinus, omnino 6 (7), — b) postt., sed antehadriana carbasinus, cerrinus, cupressinus, laurinus, lentiscinus, picinus, plataninus, sucinus, omnino 14, — c) recc. camomillinus, cilicinus, corallinus, ebeninus, ebulinus, murtinus, noruinus Veg. m. (funis), nucinus, panacinus, piperinus, sappirinus, suberinus, tofinus, turinus gl., — liuidinus, — parietinus, saccinus, omnino 22. Non supputaui syncopata, ut uidentur, ferruginus Lucr., fraxinus Verg. Tib. Graecanica in —inus, ut inferius scriptum schininus, defunctorie computata inueni 74.

clauellorum pernicies articulis increscit, quae obdurata callo quodam rigescit, incredibilesque exhibet ambulandi difficultates', ib. G, 400 BF, 401 AB.

clibanites: Plin. Val. V, 30 *panis*, — clibanicius panis Isid.

co-actio: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 50 *coactio actuosa.*

coaeternitas: Zeno Veron. Serm. II, tract. 6, 4 *coaeternitatis omnipotentiaeque una substantia*, ib. tr. 2, — coaeternus eccl.

* *coctio* concr.: Th. Prisc. I, 1 *de hac coctione frequenter loca lauabis*, Pl. Val. V, 25; — abstr. Plin. Sic et decoctio concr. Th. Prisc. I, 5, 7 . ., Pl. Val. I, 61, V, 25, App. herb., Coel. Aur.

codia (κώδεια): Isid. Orig. IV, 9, 9 *ex codia id est ex papauere*, Pl. Val. III, 8.

coexsistere: Mar. Victor. Adu. Arium I, 33 *simul simplicitate coexsistens et unitione unum est*, 34.

cognitrix: Chalcid. Comm. in Timaeum 50 (animam nasci) *cognitricem omnium rerum quae sunt tam intelligibiles quam sensiles.*

cognoscentia: Mar. Victorin. De generat. uerbi diuini 13 *supra omnem cognoscentiam*, 18, adu. Arium I, 57, IV, 17 et saepius.

comestura [20]: Euang. Matth. (cap. 6, 19) ap. August. Serm. 36, 5 *nolite uobis thesauros condere in terra, ubi tinea et comestura* (Vulg. aerugo) *exterminat.*

compaginator: Anecd. Heluet. p. 300.

---

20) Formas inclinatas in —tura (—sura) regessi uett. 121 (in quis notata ut p. A. 36), recc. 124.

compassum subst.: Pl. Val. I, 37 (lucernarum) *foramina claudes de compasso hordeaceo.*

compastoralis: Eugypp. Thesaur. praef. *compastoralis officii socium.*

complexatio: Pseudo-Eucherius In libros Regum comment. lib. III, 27 *sensus, quibus immobiliter complexationi ac dilectioni sui conditoris adhaerent.*

complexibilis: Chalcid. Comm. in Tim. 166 *diuinatio necessitati subiectarum rerum . . uera est et complexibilis*; — complectibilis Boeth.

complosio: Chalcid. Tim. 18 *cum corpus aliquod in raptatu incurrisset ignis offensionem uel terrenam complosionem.*

compugnanter: Chalcid. Comm. in Tim. 91 *compugnanter accidentibus casibus.*

conceptim: Chalcid. Comm. in Tim. 337 *ut conceptim dicatur.*

concisor: S. S. Isai. (10, 15) ap. Tichon. De VII regulis 7 *numquid magnificabitur securis sine concisore?* (Vulg. 'numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea?'), — ante „Coripp."

> *conditorius* adi.: Marc. Emp. p. 291 A *cepam conditoriam*, — conditorium subst. Plin. all. Cf. conditiuus Cat. r. r. olea, mala, Varr. pira, Colum. cibi.

confaecatus adi.: Chalcid. Comm. in Tim. 235 (spiritus natiuus quem Stoici uidendi causam in homine constituunt) *porrectus . ., candida esse denunciat quae uidentur, confusus porro et confaecatior, atra et tenebrosa significat*; — faecatus Cat. r. r., defaecare iam uett., defaecatus adi. Ambr.

confragositas: Chalcid. Comm. in Tim. 37 *uocalium*

literarum numerus idem, ex quibus consonantium confragositas leuigatur.

coniugabilis: Chalcid. Comm. in Tim. 17 *natura coniugabilis et adunatrix distantium limitum.*

connaturalis: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 34 *connaturalis*, ὁμοούσιος *semper existens*, ante „Boeth.“

conrationaliter: Mar. Vict. Adu. Arium I, 13; — conrationalitas Aug.

consecutor: Firm. math. II, 10 *honorum consecutores.*

constitutionarius subst.: Ps. Cypr. De singular. clericor. 36 *agnoscit Paulus apostolus constitutionis suae uerba prolata, sed constitutionarios et prolatores ipsos ignorat.*

constitutiuus: Mar. Victorin. De gener. uerbi diu. 19 *constitutiua potentia*, ante „Boeth.“, qui passim usurpat.

consubstantiatus adi.: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 47 *Filium simul cum Patre consubstantiatum, quod Graeci* ὁμοούσιον *appellant*, 26.

contenebratio: August. Serm. 16 ex. *dies bonos sine contenebratione*; — contenebrare Tert.

contionabilis: Chalcid. Comm. in Tim. 220 *species contionabilis uel species orationis forensis*, — contionale genus dicendi Quint.

contradistare: Chalcid. Comm. in Tim. 123 *contradistantium a se stellarum positionem.*

con-tra(ns)*-glutire:* Euang. Matth. (23, 24) ap. Lucifer. Pro Athanas. II, p. 914 t. XIII Patrolog. (lat.) ed. Migne *camelum autem contraglutientes* (Vulg. glutientes); — transglutire Veg. uet. Marc. Emp. p. 302 C, 312 C, Th. Prisc. II, 6, Placit. 2, 13.

contrariari: Theod. Prisc. II, chr. 1 *specialiter contrariantur quaecumque ex suauibus fuerint confectae potiones.*

conuegetare: Chalcid. Comm. in Tim. 103 *cum* (ratio) . . *in iisdem spectaculis perspicacem mentis contemplationem conuegetauerit*, . . *ueram menti cognitionem diuini generis creat*, 295, — et

conuegetatio: Chalc. Comm. in Tim. 92 (mundus) *spirabili proditur conuegetatione ut corpus animalque formatum.*

conuersia: Anecd. Heluet. p. 98 *ut est conuersus* . . *conuersia*, *sic et controuersus* . . *controuersia.*

conuersibilis: Chalc. Comm. in Tim. 306 *siluam* (i. e. materiam) *esse mutabilem totam et conuersibilem*, — dub. App. dogm. Plat. III, p. 267 Hildebr. (sed. p. 268 sine uar. lect.); — conuertibilis Tert. Prud., inuersibilis (s. u.) et inuertibilis.

conuolutus, us: Gild. I, 14 *palpebrarum conuolutibus.*

corcedo q. corcus, ut uidetur: Marc. Emp. p. 340 A *item ad id aliud carmen*: *corce*, *corcedo* . ., cf. 339 H.

correptiue: Donat. ad. Terent. Adelph. IV, 2, 34 *correptiue 'quidni' pro 'quid nisi'*; adi. gl. Philox.[21]).

correptor: S. S. Ep. ad. Hebr. (12, 9) ap. Vigilium Tapsens. Contra Varimadum III, 5 *homines quidem nostrae carnis habebamus correptores* (Vulg. eruditores), — Sen. De ira II, 10, 7 et III, 36 ex. nunc expunctum.

> *corrigium*: Marc. Emp. p. 289 H *corrigio caprino*, 290 G, 306 G, — pro fem. corrigia. Cf. ann. ad. 'cicerculus'.

corsaluium: App. herb. 90 (saluiam) *alii corsaluium uocant.*

---

21) De adiectiuis —iuus finitis cf. HA p. 40 * sq. Numeraui uett. 101, recc. 283.

cosmetorium corruptum e κόσμητρον[22]): S. Placit. 31, 11 *muliebre praebet cosmetorium haec oui subtilitas.*

cossyphus: Pl. Val. V, 26 (inter pisces), — κόσσυφος merula Aristot. all.

counare: Marc. Emp. p. 381 A *fila in se counata*; — adunare Justin. Lact. mort. pers. Pall., adunatrix Chalc. (uid. 'coniugabilis'), coadunare Aur. Vict. all. (coadunatio Cod. Just.), exunare Alc. Auit.

counire: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 50 *tres potestates couniens* — unire recc. (part. perf. Sen.).

counitio: Mar. Victor. Adu. Arium I, 50 (aliquoties), 57; — unitio inf. s. u.

22) Cf. samentum e σᾶμα (σῆμα) factum, cyclamen (s. u.) corr. e κυκλάμινον, gumen Pall. Isid. pro gummi uel cummi (κόμμι), chrysolago Pl. Val. II, 59 pro chrysolachanum, hippagines P. Diac. Gell. X, 25, 5 pro hippagogi (naues) Liu., herodio Vulg. (ἐρωδιός), monarium Prob. (nomen) recusum e μονῆρες, aliaque istiusmodi exoticos uocum sonos ad consuetudinariae uoculationis similitudinem re-
ff c
formandi licentiae exempla, ut: afita pro alphita (s. u.), athisca SS uers. uet. corruptum e θυΐσκη, atriplex uel atriplexum Plin. Col. all. ex ἀτράφαξις, cacrium Pl. Val. I, 38 e cachrys Plin., calchantum Pl. Val. I, 32 . . e chalcanthum Plin. Th. Prisc. I, 27, camomilla (e chamaemelon) Pl. Val. I, 38 'proserpinae herbae quam alii camomillam dicunt', I, 6, 34, II, 21, 38, III, 2, 1 'oleum camomillae' (II, 4 'oleum camomillinum' al.), Macer de uirib. herbar. u. 550 'anthemim . . quam chamaemelum nos uel chamomillam dicimus' (chamaemelum Plin. Pall. App. h. 23), per-colopare Petr. (colaphizare), dragantum Th. Prisc. II, chr. 9, 16 . ., Pl. Val. I, 47, 50 . ., Veg. u. (tragacantha Plin.), exenia Paul. Diac. uit. Greg. 24 (xenia), cf. iscurra Isid., isportula et istipendium inscr. Afr. (pro scurra . .), — incitega P. Diac. (ἐγγυθήκη), iusquiamus Pl. Val. I, 14, 58, II, 28, 30, III, 6 . ., Pall., Veg. u., Macer pro hyoscyamus Plin. Cels. (etiam Marc. Emp. p. 386 F), leuisticum (s. u.) pro libysticum, licitus (lecythus) Maxim. Taur. Serm. 61 (cl. Vulg. Regg. III, 17, 12), liquiritia Th. Prisc. II, chr. 20 al. Veg. uet. e glycyrrhiza Plin., quod tenent Pl. Val. I, 47, III, 2 . ., Isid. Or. XVII, 9, 34 et ipse Th. Prisc. II, chr. 16, lixoperita Th Prisc. II, 1, Pl. Val. III, 3 pro lexipyretus Plin. Marc. Emp., lorandum quod corrupte uulgo dici pro rhododendron asserit Is. Or. XVII, 7, 54, lunchus (λόγχη) Tert., malomellum Is. (melimelum) et cetera superius ann. 9 allata, mi-

cremialis (uel, corrupte, *gremialis*)[23]) q. idoneus ad cremandum, — inclinatum a cremium (gremium) Hier., plur. Colum., Frontin. II de controu. agror. p. 55 Grom. ed. Lm. *sunt siluae de quibus lignorum cremia in lauacra publica ministranda caeduntur*, cf. p. 86, Hygin. de gener. contr. p. 131 Lm. *relinquere in extremo fine* (arbores) *intactas*, *ex quibus neque frondem neque lignum neque cremium caedant*, gl. Paris. ('gremia siccamina lignorum', uid. Oehler Lit. der Gloss. Jahn Archiv t. XIII, p. 336): Vlp. Dig. XXIV, 3, 7, 12 *si arbores caeduae fuerunt uel cremiales*, Th. Prisc. I, 19 *uiride oleum uel gremiale uitandum est*, II, chr. 1 *olei*, I, 2 (ubi γρ. fremiali), Pl. Val. III, 26 *in uini Hadriani sextarium unum et olei gremialis sextarios III*, ib. 14, II, 30, Marc. Emp. p. 320B *olei*, Zeno Ver. II, tr. 44, 1 (oleum $\overset{g}{c}$remiale est oleum commune quod in lucernis adhiberi solebat, Brennoel).

---

o
rabolanus Th. Prisc. I, 31 . ., Pl. Val. II, 18, 22 . . (myrobalanum Plin.), promuscis Solin., Anth. Cassiod. N. Tir. Eustath. Hexaem. IX, 5 (proboscis), pulpus Pl. Val. V, 30, Th. Prisc. IV, f. 316ᵃ (ubi γρ. pulpas) et id. diaet. (polypus), rumpia Liu. Val. Fl. Gell. (rhomphaea), squinantium (inf. s. u.), subsanium (s. u.) ex 'sub sanidomate', terbentinus (terebinthinus) Veg. uet., tructus Pl. Val. uel tructa Is. (trutta, truite) e τρώκτης, alia.

23) Terent. Scaur. De orthogr. p. 2252 Putsch 'C cognationem habet cum G, et ideo alii dicunt caunacem, alii gaunacem, item camelum gamelum', Seru. ad Verg. Georg. I, 194 'amurca per c scribitur et per g pronuntiatur, ut C Gajus, Cn Gneus'. Saepe g pro c uel locutos esse uel scripsisse constat maxime seriores quosque. Cf. Schneider Elementarlehre d. lat. Spr. p. 231 sqq., Corssen Ausspr. Vocalism. u. Beton. d. Lat. uol. I (ed. 2) p. 77 sqq., quique multa exempla (ex inscrr. et mss. potissimum) congessit, Schuchardt Vocalism. d. Vulgarlat. t. I, p. 124 sq. Ergo ne uetera et nota accumulem, ut uigesimus, negotium et neglegere, gurgulio, pauca mihique exprompta apposuisse satis habeo: angistrum Is. pro ancistrum, egloga gl., galumma Th. thes. pro calumma (κάλυμμα), grassus, grassitudo, grassare gl. pro crassus . ., hemigranicus inf. s. u. pro hemicranicus, lactigulosus gl. Philox. pro lacticulosus.

crepatio: Th. Prisc. II, chr. 9 (fit locis diuersis sanguinem emittentibus sub trina uulueratione causatio.) *Fit primo crepatio, fit deinde putredo, fit .. patulum orificium incurabile.*

cristiger: Anecd. Helu. p. 164 [24]).

> *cucurbitella*: Pl. Val. II, 30 *curabis primo de cucurbitella agresti et centauria sic: mittes unam cucurbitellam et parum centauriae in cacabum aereum ..*; — cucurbitula siluestris Scrib.

cucutia: Pl. Val. V, 42 *melones cucumeres cucutias sorba* etc.

> *cyclamen* (corr. e κυκλάμινος): Plin. Val. I, 29 *herba cyclaminis trita*, III, 29 s. f., Marc. Emp. p. 292 B *cyclaminis succus*, 296 G, 298 E, 396 B .., App. herb. 17 *herba cyclamen*, Plac. 4, 18; — genuinas formas, cyclaminus et cyclaminum, refert Plin. (et Scrib. 7, 8), reseruaruntque etiam Isid. Or. XVII, 9, 89 ipsique Marc. alias, ut p. 257 C, 382 F, et, ut uidetur, Pl. Val. II, 21 (ubi γρ. cyclamnium). Cf. not. 22.

Dactylosus: Isid. Or. XVII, 9, 48 (paeoniam herbam) *quidam .. uocant .. dactylosam a similitudine digitorum.* Cf. Non. p. 82[b] Gerl. et Roth. 'hippocampi a flexu caudarum quae piscosae sunt', inf. 'furculosus' et HA p. 29* not. 37.

24) Composita cum —ger suffixo collegi 62, quorum 25 sunt recc., ut u. c. Paulini Nol. contiger, fasciger, libriger, Dracont. somniger, triumphiger, Cassiod. carniger, ueliger.

daphnis, dis: Pl. Val. II, 18 *daphnidum drachmas tres.*

debilo masc.: Ennius ap. Non. p. 67[a] *debilo homo.*

debuccellatus (h. e. de buccellari farina factus): Pl. Val. I, 6 *supermittis pinicellos debuccellatos.*

† *decamyrum*: Marc. Emp. p. 403 H.

deceptiuus: Firm. m. V, 3 ante „Boeth. et Prisc.“

* *declinatio* transl. q. remissio: Marc. Emp. p. 405 E *hoc medicamen in accentu placat dolores et in declinatione confirmat sanitatem*; cf. Th. Prisc. II, chr. 16 ‘declinantibus doloribus.’

* *defectus* abs. (subaud. animi uel uirium): Pl. Val. II, 4 *ad inflationem stomachi, ex qua defectus et angustia nascitur*; — sic defectio II, 6, Suet.

* *defluxio:* t. t. astr. Firm. m. IV praef. p. 84 ed. Basil 1533 (lunae) *coniunctiones ac defluxiones* (‘quas uocant Graeci συναφείας καὶ ἀποῤῥοίας’ IV, 19 in.), IV, 9 in., 19 med., cf. in IV praef. p. 85 ’quibus (stellis luna) se coniungat, et a quibus defluat uel recedat’; — al. Firm. III, 7, 8 ‘gonorrhoeam id est defluxionem seminis’, C. Aur.

dehonestas: Acro ad Hor. Epist. I, 17, 24 *sine aliqua dehonestate* (¿an: dehonestatione, — quae uox exstat ap. Tertull.).

delauatio: Th. Prisc. III, 5 *post matricis delauationem.*

delinitrix: Chalcid. Comm. in Tim. 165 *etiam corroboratarum mentium delinitrix poetica*; — delenitor Cic.

deorbitare: Lucif. De non parcendo in Deum delinquentibus p. 939 t. XIII Migne *ut probem te a uia deorbitasse ueritatis.*

* *deponere*: Firm. m. III, 6, 7 *ex administrationibus*

suis cum dignitatis iactura deponuntur, Fulg. Ferrandi breu. canon. 66 *depositus episcopus*, 98 *ut presbyter*, *si uxorem duxerit*, *deponatur*; cf. depositio Firm. III, 15 8 'ipsius a statu solito depositionem', Dig.

depressor: Gild. II (epist.), 6.

derasio: Marc. Emp. p. 251 F *capitis*.

deriuabilis: Chalc. Comm. in Tim. 205 *nunquam exorbitans neque ullis erroribus falsisue opinionibus deriuabilis*, 338 *nulli persuasioni deriuabile*; cf. Cassian. Collationes Patrum XXI, 12 'quae per se uel bona uel mala sunt, nec aliquando possunt in contrarium deriuari.'

desociare: Sedul. Op. Pasch. V p. 729 t. XIX Migne *postquam socium*, *qui iam desociari meruerat*, *iusti sermonis increpatione redarguit*, . . *Dominum sic precabatur: Memor esto mei*, *dum ueneris in regnum Tuum.*

desubitare: Firm. math. III, 4, 6 (Jupiter sic positus) *etiam si eas artes fuerit largitus*, *easdem crebra euersione desubitat.*

deterioratio: Acr. ad Hor. Carm. III, 27, 53 *ante deteriorationem formae optat perire*; — deteriorare Ambr. Symm. Cl. Mam. Arn. iun. Cassiod., intr. S. S. psalm. uers. uet.

detuitio: Chalc. Comm. in Tim. 237 (Peripatetici) *aiunt uidere nos uel tuitione*, *quam* φάσιν *uocant*, *uel intuitione*, *quam* ἔμφασιν, *uel detuitione*, *quam* παράφασιν *nominant*, cf. 240.

deuiabilis: Chalc. Tim. 25 *nutans incertumque semper et deuiabile.*

† *diacalaminthes:* Pl. Val. IV, 22 (antidotum) *quod hodieque d. a medicis praedicatur.*

† *diacanthes:* Pl. Val. I, 63 *trociscus diacanthes ad haemoptoicos.*

diacitrium: acopum Th. Prisc. IV, f. 312[a], unguentum Pl. Val. III, 14 (διακιτρίον Sim. Seth).

diacastoreum: Pl. Val. II, 30 *enema ad colum quod uocatur d.*

† *diacerason:* Pl. Val. IV, 50 (fit ex cerasis) *diaceraseon, quod omnibus notum est.*

diachrisma: Pl. Val. I, 50 *de diachrismate calido oportet ungere.*

† *diacopon*: Marc. Emp. p. 277 B *collyrium quod graeco uocabulo diacopon appellatur.*

diagentiana: Pl. Val. II, 17 *antidotum diagentianae*: *recipe gentianae unciam unam* etc.; — gentiana (herba) Cels. all.

† *diaherpyllum*: Th. Prisc. IV, f. 312[a] *acopum.*

dialemma (διάλειμμα): Th. Prisc. II, chr. 21.

dialogismus: Acr. ad Hor. Serm. I, 1, 51 sq. *quasi contentio inter duos dialogismos*, cf. ad II, 3, 152, 187.

† *dialthaeon*: Th. Prisc. II, chr. 16 *epithema ex dialtheon et mastiche et nardino cerotario* (ad stomachi defectum), et sic scribendum pro diatheon ib. 18 *malagmata ut dialtheon . . et cetera xerantica*, et 9; nam Nic. Myreps. Antidotar. III, 49 unguentum dialthaeae utile esse asserit ad resolutos. Th. Prisc. IV, f. 312[a] ex. scriptum habemus graecis literis τὸ διαλθαῖον, uerum aliter, atque apud Myrepsum praecipitur, confectum, non adhibita malua siluestri, i. e. althaea.

† *diamygdalon*: Pl. Val. IV, 51 *medicamentum ex amaris amygdalis quod Dioscorides d. appellauit.*

diapeganon: Pl. Val. II, 34 *epithema pleureticum diapeganon* (γρ. diapecanum), IV, 3. (In confectionem uenit ruta, πήγανον).

† *diaprasion* (διὰ πρασίου): Th. Prisc. II, chr. 8.

† *diarhodinon:* Pl. Val. III, 45 *uteris diarodino*; — diarhodon inscr.

† *diarrhoicus:* Th. Prisc. II, 13 *diarrhoici sola uentris molestia fatigantur*; — diarrhoea ib., C. Aur., Isid.

† *diascor*(o)*don:* Pl. Val. II, 30 *confectio diascordi*, . . *iniectio diascordi ad colum.* (In confectionem uenit allium.)

diasteaton (διαστέατον): Marc. Emp. p. 320 A *medicamentum quod d. dicitur*, cf. ib. C (de adipe diuersa factum), Th. Prisc. II, chr. 9 (ubi scr. diasteacon).

diatheriacon: Th. Prisc. II, 8 *dabo* (hydrophobico).

digestor: Chalcid. Comm. in Tim. 293 *a digestore Deo.*

diiugium opp. coniugium: Chalc. Comm. in Tim. 205 *fatale animae corporisque diiugium.*

dilectus, us q. dilectio: Non. Marc. p. 219[a], l. 16 *honos, dilectus, amor.*

dioxus: Marc. Emp. p. 280 E *collyrium dioxus* (δι' ὄξους, cf. δίοξον Steph. Thes. ed. Paris.).

dispensatorie: Acr. ad Hor. Serm. I, 10, 13 *consulto i. e. sponte et dispensatorie extenuat uires suas*; — adi. Hier.

distemperantia[25]): Pl. Val. V, 18 lemm., 25 *haec ad calidam distemperantiam iuuant.*

---

25) Nominum in —ntia (a partic. praes.) collectorum e posterioris aeui scriptis indiculo, quem HA p. 11 * (cl. 57*) exhibuimus, indenda sunt: adipiscentia, aduigilantia, attollentia, beneolentia, benefragrantia, circumfluentia, circumspicientia Gell., cognoscentia, colligentia, competentia, concidentia, conferentia gl., conuertentia Boeth., deuergentia Gell., dictoaudientia, diffluentia, distemperantia, diminantia, efficantia, effigientia, effluentia, effulgentia, expedientia Bo., exsistentia, exuberantia, exundantia, immoderantia Tert., impeccantia, impoenitentia, impraescientia Tert., inabstinentia, inaudientia, inconsonantia, indictoaudientia, indifferentia Gell. all., inelegantia, innotescentia, inobedientia, inreticentia, mirificentia, multiloquentia, multinubentia Tert., multiuorantia id., obtinentia, obuenientia Tert., offerentia id., omnicogne-

distensio: Marc. Emp. p. 273 F *cum rubore et distensione oculi*; — distentio Cels. Scrib., cf. intensio Scrib. et intentio uulg., extensio recc. et extentio Vitr., praetensio Thom. thes. et praetentio (prétention) ap. Cangium, protensio App., attentio uett., denique a simpl. tensio Vitr. Hyg. mun. castr. Scrib. Veg. uet. Th. Pr. II, 10, et tentio Prisc.; cf. praeterea torsio Pl. Val. II, 20, (uentris) 32, Marc. Emp. p. 246 al., Veg. uet. III, 57, Vulg. Isai., et tortio Pl. Val. II, 38 (uesicae), 22, 34, Veg. u., Firm. math., Aug., extorsio Hier., sed contortio et distortio uett., intortio Arn., obtortio Fulg. exp. serm. ant.

* *diuinitas* concr.: Firm. math. III, 3 *sacrilega contra diuinitatem uerba iactantes*, III, 6, 8 *diuinitatis alicuius prudentia*, III, 6, 3.

> *dominaedius* (dominus aedis): Paulin. Nol. epist. 29, 13 *choris uicina dominaedii nostri Felicis culmina resultabunt*, ep. 5, 15 et 32, 10, — domnaedius (dominus aedium) inscr. Cf. laudicoenus Plin. ep.

dorsuosus[26]: Solin. 27, 3 (ed. Momms.) *incertis motibus nunc in breuia residit dorsuosa, nunc inundatur aestibus.*

---

scentia, omniexsistentia, omniintelligentia, omnipotentia, omniuidentia, omniuiuentia, praecipitantia Gell., praecognoscentia, praeexsistentia, praeintelligentia, praenoscentia, quiescentia, recordantia, repetentia, reuiuiscentia, sequentia, sibiplacentia intpr. Iren., splendentia, squalentia, subintelligentia, subtililoquentia, superabundantia, suspicientia, titubantia, uacantia, ueridicentia, — ita ut conficiantur recc. exempla centum quinquaginta.

26) Cf. monstr-u-osus, montuosus (montosus), uoluptuosus, myrtuosus Plin., — recc. argumentuose An. Helu. p. 55, egestuosus Salu. Gub. Dei VII, 213 al., gl. (egestosus Vict. ep.), hircuosus App., infrontuosus Thom. th. (frontosus Aug.), ossuosus Veg. uet., sentuosus Cassian. (sentosus Paul. N., Fulg. Myth., Acr. ad Hor.), tempestuosus, tormentuosus, ubertuosos interpr. Joseph. ap. Thom. thes., et econtrario fastosus, fetosus (sed et fetuosus). Ceterum a dorsum sunt etiam exdorsuare Plaut., dorsualis App. all.

* *durities* concr: Firm. math. III, 6, 7 *quae ex aliqua duritie fabricantur*, cf. Is. Or. IV, 8, 2.

Ecclesiola[27]): Ruric. epist. II, 19 *qui me apud uos non dico multum, sed omnia posse confidunt, ad ecclesiolam nostram pro sua salute confugiunt*, „Alc. Auit."

* *ecthlipsis*: Th. Prisc. II, 13 *cum interiora praecordiorum humorum minacium occupauerit conglobatio, ut ecthlipses uel angustias, nimios quoque dolores efficiat*, — al. Gramm.

effectuosus: Pl. Val. praef. *effectuosissimum ad lanam sucidandam.*

efflatus, us: Non. p. 211[a] *uehemens efflatus.*

effluentia: Candidi Ariani ep. ad Mar. Victorin. 2 *ex effluentia substantiae*, Mar. Vict. Adu. Arium I, 1.

effrigere (frigere, φρύγειν): Pl. Val. II, 30 *feruefacies, donec ruta exfrigi incipiat.*

effulgenter: Mar. Vict. Adu. Arium I, 64.

effulgentia: Candidi Ariani De generat. diuina 4 *iuxta effulgentiam, iuxta radii emissionem*, Mar. Victorin. Adu. Arium I, 27, III, 1 al.

effulsio: Chalc. Comm. in Tim. 69 *effulsionibus et obscurationibus*, 70, 86, 108, 123, 246, Mar. Victorin. Adu. Arium III, 1.

effutilis: Anecd. Helu. p. 74 *utor utilis, effutio effutilis.*

> *electuarium*: Th. Prisc. I, 15, ad tussim electuarium IV, f. 313[b], Pl. Val. II, 2 . ., — electarium Coel. Aur.

27) Formas deminutiuas substantiuorum appellatiuorum adhuc collegi uett. 548, recc. 396 (42%).

emadescere: Th. Prisc. I, 15 *quod emaduerit, glutiant;* — demadescere, immadescere, permadescere, commadere.

emissaculum: Chalc. Comm. in Tim. 39 *nullam esse aptiorem figuram, quam est haec, in qua singularitas cacumini superimposita summitatem . . obtinere consideratur, ut per eam uelut emissaculum quoddam . . prouidae intelligentiae quasi quidam largus amnis effueret,* 190. Ab e-missare? Quemadmodum ab intensiuis uerborum formis sunt in —culum: ollectaculum Grom. Cassiod., ¿commetaculum, conceptaculum, crepitaculum, exceptaculum Tert., habitaculum, obiectaculum, obstrepitaculum Tert., occursaculum App., offensaculum App. Lact. Prud., ostentaculum N. Tir., receptaculum, retentaculum Ven., sectacula App., spectaculum, sustentaculum Tac. Aug., tutaculum Prud., uectaculum Tert., qui numerus fere $19^{1}/_{2}\%$ omnium in —culum (—us, —a) a uerbis inclinatorum conficit.

† *emplasma:* Th. Prisc. II, 10 (tensionem) *cum emplasmate ex hydromelle temperabo* (γρ. temperato), . . *cataplasmate chalastico loca diutius mitigabo.*

† *encolpismus:* Th. Prisc. III, 7 *encolpismis imminere conuenit ex croco hypocistide* etc., III, 5 *encolpismo uti,* et ib. inf., III, 2; — cf. sinapismus Th. Prisc. II, 3, chr. 1, 2 . ., C. Aur., catheterismus C. Aur. (curatio per catheterem), dropacismus id., helleborismus id., ἐγκαθισμός Theoph. Nonn.; — et

encolpizare (ἐγκολπίζειν): Th. Prisc. IV, f. 311ª (mulier) *encolpizatur pigmentis,* et ib. aliquoties. Sic scriptores medici recc. e graecis in —ζειν transscripta in —zare usurpant apophlegmatizare id., rheumatizare id., Pl. Val. I, 32, M. Emp. 263 H, 330 A, cauterizare Vindician. epist. p. 248

Steph., Veg. u., phrenitizare C. Aur., sinapizare id. et Veg. u., graece non comparentia clysterizare iid., stypteriazusa C. Aur.

erector: Mar. Victorin. De gener. diu. uerbi 26 *liberatorem ac sanctificatorem animae, et totius corporis redemptorem et erectorem.*

essentialitas: Mar. Vict. Adu. Arium IV, 5 *exsistentialitas uel essentialitas.*

essentitas: Mar. Vict. Adu. Arium I, 52 *totum est essentitatis.* Cf. eiusd. intelligentitas De gener. diu. uerbi 7.

> *estus* (ab edere): Plac. 11, 4 *iecur si estum fuerit, idem dabit remedium;* — comestus id. 11, 1 et alii.

euchymus: Pl. Val. V, 3 *sit omnis cibus euchymus* (εὔχυμος πρὸς τὴν ἐδωδήν Arist.)

> *eupatorium*: Pl. Val. II, 17 et saep. (Diosc.), — eupatoria Plin.

exagitatio: Th. Prisc. II, 1 *initiis omnium exagitationum, sub quacumque sorte causarum aduenientium.*

excarnatus: Zeno I, tr. 12, 8 *illa excarnata umbra.* Cf. inf. 'exsalare'.

excitus, us: App. Met. VI, 27 *uocis excitu procurrens.* Vocabulum auctori et lexicis restituit e cod. Florent. nouissimus Metamorphoseon Appulei editor.

exclamatiue: Acr. ad. Hor. Epist. II, 2, 23 '*quid tum profeci . .*' *Exclamatiue.*

* *exclusio* (ouorum): Th. Prisc. IV, f. 313^b; — excludere sic Cic. Col., excludi (éclore) Col. Suet.

* > *exclusorium* subst.: Th. Prisc. III, 6 *aliud exclusorium* (i. abortiuum); — adi. Ter. Vitr. Vlp.

* *exorbitatio* propr.: Chalcid. Plat. Tim. 4 *fit longo interuallo mundi circumactionis exorbitatio*, ib. 14; transl. Tert.

experimentare [28]): Th. Prisc. IV, f. 312ª *quam frequenter experimentauit Eugamius*, ib. *potio experimentata Cornelio*, 312ᵇ, Pl. Val. I, 3 et 58, III, 14, Marc. Emp. p. 260 C. (Participium 'expertus' pass. = experimentatus Pl. Val. III, 30 'expertum ad anthracas').

exsalare (i. expert emsalis facere) [29]): Marc. Emp. p. 381 E *butyri exsalati*, 404 D.

exsaturatio: Chalc. Comm. in Tim. 201 *egestionis et exsaturationis uices*, 164.

exsequenter: Mar. Victorin. adu. Arium IV, 19 *haec in aliis libris exsequenter pleneque tradidimus*; — exsequens adi. Gell.

ex(s)*upera*: App. herb. 64 (peristereon herbam) *alii exuperam matricalem* . . *uocarunt*, 71 (heracleam herbam) *alii exuperam patricalem uocant.*

extricatio: Chalcid. Comm. in Tim. 119 *porrigit diligentiam usque ad angelicae naturae, quos daemonas uocat, extricationem.*

---

28) Alia uerba denominatiua, a nominibus uerbalibus in —mentum defigurata, sunt: argumentari, coagmentare, fermentare, lamentari, pauimentare, — iugumentare Vitr., sementare Plin.; postt. augmentare, coelementare, fomentare, incrementare, stramentari, suffimentare, supplementare. A -men finitis uett. decacuminare, carminare (carmen a carere), criminari, discriminare, examinare, fulminare, (in)-luminare, nominare, seminare, statuminare Plin., sufflaminare, recc. acuminare, agminari, bituminare, carminare (Sid. *uerba*).

29) Quod significantiae genus in compositione cum ex — praep. uerborum cum alias comparet tum apud postt. in: examurcare, excarnatus (sup. s. u.), effaecatus, egranatus Pl. Val., exbonorare, exhumorare, eluminare, exodoratus, exungulare.

Fabulatio: Firm. math. V, 9 *cantibus et fabulationibus suis multis deseruientes.*

fabricius adi.[30]): Anecd. Helu. p. 68 *alia in icius desinunt, ut est . . fabricius, tribunicius, patricius*; Th. Prisc. II, 13 *oua hapala, uuam fabriciam* (?).

facia: Anecd. Helu. p. 131 *facies ipsa superficies est naturalis, facia autem similitudo in pictura* (ut uultus, HA p. 114). Cf. gloss. pauperia, rabia (ital. rabbia), scabia.

famatus adi.: Chalc. Plat. Tim. 4 *de maximo et famatissimo titulo uirtutis, quam gessit haec ciuitas*, „schol. Cruq. ad Hor.“, dub. Cic. pro Scauro 13.

famidus[31]): Drepan. Vulfino u. 14 (frigida ceu si quis sitienti pocula demat) *uel famido gratas uertat ab ore dapes.*

familiosus: Porph. ad Hor. Epod. 2, 65 *frequentem ac familiosam* (domum).

femorale: Th. Prisc. I, 12 *aliqui fasciolis lineis naturam et testes eorum alligando mollius constrinxerunt, si in feminis,*

30) Cf. HA p. 23 *, exemplisque denominatiuorum in —icius ibi digestis interserito haec, quae per literas infra descripta sunt: armenticius Varr. *pecus*, asinaricius S. S. *mola*, cannicius Pall. (cannucius Grom.), capillicium App., M. Cap., cathedralicius Mart., emolumenticius Cassiod., Floralicius, gentilicius, lanisticius Petr., neruiceus Vulg., nuptalicius Vlp., palmicius Sulp. Seu., pauimenticius On. l. gr. ἐδαφώδης, posticius inscr. *portae*, quinquennalicius inscr., quinqueuiralicius inscr., salsicius Acr. ad. Hor. S. II, 4, 60 *farta*, satellicium Jul. Val. Aug., segalicius Venant. *panis*, sementicius On. gr. l., sponsalicius Sid. C. Just., subcinericius Vulg. *panis*, Hier. Is., testicius Cat. r. r. 74 Schn. Cf. inf. not. 34.

31) Adiectiua in -idus sunt recc.: a nominibus inclinata, sicuti istud, fungidus gl., imbridus Sol. Pall., micidus (mica) Grom., muscidus Sid., scabidus Tert., Marc. Emp. p. 276 E, spumidus App., uiscidus Th. Prisc. Garg. Mart.; fuluidus Cassiod. Isid. gl. Vat., heluidus Is., scabridus Ven., suauidus „Th. Prisc. diaet.“, toruidus Arn.; — a uerbis deriuata int. cett. dolidus App., exaridus Tert. (exarescere), exsucidus Tert. (¿ exsucare), immadidus (ἔνυγρος), perlippidus Pl. Val., sapidus App. Apic. Cl. Mam. an. I, 7, 1, uigidus Cl. Mam. Omnino adiectiua in -idus (cum praepositionatis, ut u. c. recc. insipidus Firm. m., Paul. Nol., pertepidus, praetimidus, subhumidus) enotaui amplius centum sexaginta.

femoralia, Vict. pers. Vand. I, 12, Vulg. (uid. Rönsch Itala u. Vulgata p. 103).

> *fenůgraecum:* Th. Prisc. II, 9 *succos foenograeci*, II, chr. 12 . ., Pl. Val. I, 18 *cum foenugraeco* . ., *item foenugraecum*, 58 . ., — pro fenum graecum (τῆλις) Cels. Col. Lampr. Heliog. 20, 7, all. Cf. stafisagria inf. s. u., myrocrocinum (μύρον κρόκινον) Pl. Val. III, 14 ‘mirocrocini unam’ (libram), olusatrum (olus atrum) Plin. Scrib. Col., Pl. Val. II, 58 (olusatri), IV, 25 lemm. (De holusatro.)

fermentosus: Th. Prisc. IV, f. 317[b] *putredinem seu fermentosam sumere qualitatem.*

fictiosus: Ps. Cypr. De aleator. 7 ex. *sub fictioso nomine deitatis.* In -i-osus ab abstr. in -io, -tio derinata, ut religiosus, ambitiosus . ., computando inueni 15, in quibus recc. contentiosus, deceptiosus, praesumptiosus.

fictorius: Chalc. Comm. in Tim. 327 *quod in pictoria et item fictoria* (sc. arte) *fieri uidemus.*

figuralis: Interpr. Origen. in Genes. hom. 3, 5 *circumcisionem aurium allegoricam dicitis et figuralem*, „Cassian.“, — adu. saep. eccl.

filialitas: Candidi Ariani De gener. diu. 9 *ab istiusmodi motione filialitas quaedam repente erumpit, et haec generatio a Deo*; — filialis Aug. (filietas „Cassiod.“, imo iam Mar. Vict. De gener. diu. uerbi. 30 . .).

filiatio: Mar. Victor. Adu. Arium I, 24 ante „Cassiod.“

flexibiliter: Solin. 52, 36 (adi. uulg.).

> *floriturus:* Porph. ad Hor. Carm. II, 20, 5 sq.

carmina sua semper floritura. Addendum ad Neue Lat. Formenl. II, p. 458.

foetosus[32]: Th. Prisc. I, 21 *phlebotomandi sunt et purgandi, si tamen uirium non occurrerit foetosa debilitatio,* — et

foeterosus (¿ foetorosus): Zeno I, tr. 15, 6 *qui foeterosis prandia cadaueribus sacrificant mortuorum.*

foliolum dem.: App. herb. 60 *foliolis stellae similibus.*

forensis q. forasticus, exterior (qui foris est.): Th. Prisc. IV, f. 312ᵇ *ulceribus omnibus forensibus impositum prodest.*

formatilis: Chalcid. Comm. in Tim. 222 *animam tamen esse formatilem hanc speciem, nemo ei concedit; hoc quippe formatile* (i. e. hoc quod formatum uel plasmatum[33]) est) *fit,*

---

32) Cum foetosus, quippe quod a 'foetor' deriuatum esse uideatur, labosus Lucil. (uulgo laboriosus), fragosus, clamosus comparanda sunt, uidelicet ut inclinamenta compendiata uel syncopata pro clamorosus etc. Quibus fors accensendum et putrosus Coel. Aur. (γρ. putruosus). Veteris quidem auctoritatis nullum comparet a nom. abstr. masc. in -or adiectiuum plene terminatum in -or-osus. At recentiores profecto talia sibi indulserunt, ut dol-or-osus Veg. uet., honorosus Isid., nidorosus, pudorosus, sonorosus (inf. s. u.), uaporosus, uigorosus gl. Nam facinorosus, litorosus h. g. all. (recc. corporosus, decorosus, roborosus) a neutris sunt -us, gen. -oris finitis. — Ceterum exemplis uerborum siue inclinatione seu per compositionem deriuationis compendiariae in HA cap. II, s. 4 et p. 54* allegatis addito: humecta (infra s. u.) pro humectatio, — turbinas inscr. Or. 3304 = turbinatus, —coer[ci]tio Philastri haeres. 79 (Fabric. ad l.), luculentas Mart. Cap. I, 6 (luculentitas Laber.), sospitas Pl. Val. V, 45, Ruric. ep. II, 31, Cassiod. inst. diu. praef., all. recc., et uulgatissima honestas (honestitas gl. Cyr.), uenustas; consuetudo et r. hebetudo, iletum gl. Cyr. pro ilicetum, hostorium (hostire), caudeus pro caudiceus, — inextimabilis gl., imbulus Is., gl. pro inambulus = deambulatorium, radificare On. lat. gr., menceps Prisc. (mente captus), uelliger, horrifer, uulnifer, uulnificus.

33) Adiectiuorum in —tilis a uerbis inclinatorum hoc significatu (cf. HA p. 20* not. 22) exempla ascripsi haec: compactilis Vitr. Plin. (compacticius), diffusilis Lucr., electilis (cf. collecticius), fartilis, ferratilis, flatilis Varr. fr. postt., fossilis (fossicius), fusilis, incoctilis, interrasilis Pl., nexilis, pensilis, plectilis, plumatilis, sculptilis, textilis, tortilis, recc. coactile Dig. (coacticius), conflatilis, consutilis et inconsutilis, farsilis, foliatilis, furiatilis, inductilis ed. Diocl. 7, 28 (inducticius), instructilis, pictilis, plexilis (inf. s. u.), productilis, quatuorangulatilis, simu-

et corrumpitur corporibus solutis, anima uero omni est corpore antiquior.

> *-frigui* (per-, re-) a frigescere pro frixi: Marc. Emp. p. 409 A *cum refriguerit*, Veg. uet. III, 4, 17, Pl. Val. II, 15, 29, 30, 37; id. I, 57 *perfriguerit.*

fructuositas: Philastri Haeres. 132 *bonorum operum fructuositatem*; — infructuositas Tert.

fumigatio: Pl. Val. III, 7 *ferulam accensam naribus admoueto, fumigatione facta, si repente aeger hunc morbum inciderit* (h. e. lethargiam), Marc. Emp. p. 395 D.

furculosus: App. herb. 56 (= furculae similis, quemadmodum furcosus id. 7 et 78). Cf. p. 18 s. u. 'dactylosus.'

Gaitanum („= zona, cingulum" Cangius): Marc. Emp. p. 268 D.

galacticus: Marc. Emp. p. 266 C *inunctiones quae appellantur galacticae* (γαλακτικός Diosc.).

gallacia (herba incognita): Pl. Val. I, 5.

gallicaris (a gallica subst., francisce galoche): Chronogr. ed. Mommsen (Lips. 1850) p. 646, 18 *clauos galligares*; — gallicarius s. Hier.

gamella: Anecd. Helu. p. 96 (demin. ¿ a gamma, ae, cf. ib. p. 93).

gera: Pl. Val. II, 28 (g. Tyria) ter, 45, —gera pro hiera, confectio medicinalis Papias, gerebotane (= hiera bo-

---

latilis (simulaticius), tornatilis, tractilis (tracticius), uitilis. Adde, quae cum aliter tum etiam sic usurpata inueniuntur, fissilis, flexilis, rasilis, scissilis App. Veg. u., sectilis, structilis.

tane) in gloss. Diefenbach. (Suppl. Lex. Cang., Fcf. 1857) s. u., girapigra = ἱερὰ πικρά Cang. s. u.

geusia: Marc. Emp. p. 307 F *inde orificia geusiarum et fauces intrinsecus perfricabis*, 295 C *ad sedandum dolorem dentium et gingiuarum et geusiarum* (¿ franc. la joue; al. Diez Roman. Wörterbuch I s. u. gota).

gibbosus: Firm. math. III, 5, 6, ib. 6, 8, IV, 4, VIII, 19, 20, 26, 27, 28 pro gibberosus, a gibbus Juuen. = gibber.

gigarus: Marc. Emp. p. 290 C *herba proserpinalis, quae graece dracontium, gallice gigarus appellatur.*

gignibilis: Mar. Victorin. De gener. diu. uerbi 30 *dicis enim: „. . nefas dicere necesse est, nonnihil a Deo gignibile.“*

gilarus: Marc. Emp. p. 291 F *serpillum herbam, quam Galli gilarum dicunt.* (At Pl. Val. I, 33 *serpyllum herbam, quae gallice laurio dicitur.*)

gladiatoricius 34): Marc. Emp. p. 316 E *herba.*

> *gladiola* (herba): Pl. Val. I, 13 *radix gladiolae cocta*, — gladiolus Plin. Pall., Pl. Val. II, 18 ‘gladioli succus’, Marc. Emp. p. 308 E ‘xiphium quod nos gladiolum appellamus’ (ξιφίον Theophr. Diosc.).

glarare: Pl. Val. IV, 14 *glarantes oculorum epiphoras*; — glaria, glana, glamia MA = glama λήμη gl.

glebositas: Potamius tract. 1 p. 1412 t. VIII M. *lutea moles et pigra glebositas.*

---

34) Sic ex -or-ius paragoga sunt in -or-icius: pastoricius uett., praetoricius Mart. inscr., quaestoricius inscr., curatoricius C. Theod., pistoricius Pl. Val. V, 41, ‘opus pistoricium’ (opus pistorium Pl. Cels.), sutoricius Marc. Emp. p. 268 C et 388 G ‘atramentum sutoricium’ (sed atram. sutorium id. p. 267 G, Pl. Val. IV, 21 all.). Cf. sup. not. 30.

* *glutus*: Th. Prisc. IV, f. 313[a] *mittis mellis cochlearia duo et aceti glutum*; — al. uidelicet glutus Pers. sat. V, 112.

glycy (γλυκύ = uinum passum): Pl. Val. I, 51 *glyceos cotylam.*

gratulanter: Verecundus In canticum Azariae 20 *intolerabilia gratulanter amplecti*; — gratanter sic Capit., Trebell., Vict. ep. all. (uid. HA p. 15) et Sid. ep. VI, 2.

gremialis: uid. 'cremialis.'

gruinus: Marc. Emp. p. 320 D *adipe anserina uel potius gruina perunctus*, Pl. Val. V, 33.

* *gustatio* propr. et abstr.: Pl. Val. IV, 24 *serpentes annuam senectutem foeniculi gustatione deponere*, — spec. q. promulsis Petr.

gynaecia (sc. medicina): Th. Prisc. III praef. *exercere sedulo gynaeciam propositam meo tractatu.*

> *Haemorrhoia*: Th. Prisc. III, 6, 7 (haemorrhoicus Firm. m.), — haemorrhoida (αἱμορροΐς) Plin. all.

hemigranicus: Th. Prisc. II, chr. 1 *hemigranicis haec sunt adiutoria adhibenda*, — ab hemicrania (ἡμικρανία) C. Aur., Marc. Emp. p. 255 G, 253 A, Pl. Val. I, 1 (hemicranium Pl. Val. I, 8, App. h. 53, 2 lemm., — heterocrania Plin.), unde franc. migraine.

† *hemitritis* (?): Th. Prisc. IV, f. 311[b] *ad hemitritin, unde fiunt cardiaci et phrenetici;* — hemitritaica febris Marc. Emp. p. 385 G, Coel. Aur., uel hemitritaeus, ut, post all., Theod. ipse IV, f. 314[b] et Pl. Val. III, 1, 2.

herinus q. hesternus: Pl. Val. II, 30 *mittes in calicem ipso die, et pones sub diuo coopertum testa diligenter, ut ibi maneat, et alia die mane ibi agitabis, et mittes in calicem herinum, . . et uno haustu bibat;* — ¿ cf. uesper-nus Plaut., ueternus adi. Fulg. Myth., Prud.

historialiter: Philastri De haeres. 107 *septuaginta anni captiuitatis populi in Persida etsi historialiter accipiuntur . .*, *tamen hoc etiam spiritaliter intelligendum est*, Salon. exp. in Ecclesiast. p. 1007 t. LIII M., „Ps. Eucher., Isid.“, -adi. Sidon.

historiola: Gild. Sap. praef. *gentis Britannicae historiolam.*

> *holochrysus* adi.: Marc. Emp. p. 378 G *ut holochrysus sit* (annulus), — subst. (ut herbae alicuius uocabulum) Plin.

hortatiue: Porph. ad. Hor. Epod. 16, 24 *hoc iam hortatiue dicitur*, — adi. Quint. Prisc.

* *hospitale* subst.: Paul. Diacon. uit. S. Gregor. 29 *quos per xenodochia seu diaconias uel hospitalia stipendiis alendos ecclesiasticis ordinauerat.*

> *humecta* subst.: Th. Prisc. IV, f. 317[a] *ut ad inanitatem humecta ueniens materiae* (matrici?) *ingerat feruorem*, — q. humectatio Cassiod.

humigare: Vindician. p. 248 Steph. *ut lauacro eius siccitas humigetur*; — inhumigare Liu. Andr., quod contra cohumidare App. (simpl. *humidare* Verecund. In cant. Jonae 7); sim. succicare Pl. Val. II, 9 ‘cyminum in aceto infusum succicabis et teres in mortario’, et succidare id. praef.

hydri (genus quoddam siue frumenti siue frumentaceae confectionis): Pl. Val. V, 27 *pultes de farre et milio et de*

panico et Alexandrino pane et hydri dandae, 24 *omnia alia de frumento fugienda sunt, qualia sint simula, hydri, pultes et placentae,* 25.

hylicus: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 58 *ab hylicis potentiis,* IV, 11 . ., in Ep. ad Ephes. I, ad 2, 17.

hypersarcosis: Marc. Emp. p. 285 B *concretionem siue hypersarcosin aurium.*

hypocausterium: Compend. Vitruu. 16 *aestiuis balneis hypocausteria . . in septentrione . . constituantur* (Vitruu. ipse hypocaustum).

hypopium: Th. Prisc. I, 10 *tumor circa interiorem oculorum angulum, quem hypopium dicimus.*

hysex (genus animalis incogn.): Pl. Val. V, 26 (diaeta distemperantiae hepatis siue uentris) . . *Manducare oportet uentres anserinos et hysices et carnes assas, sed rarius; hysicinus:* V, 33 (d. ad renum inflammationem) *olera troxima aut lactucae, et carnes steriles, aut pedes porcini, sed maxime bouini et gruini et hysicini.* De isoce pisce Plin. H. N. IX, 17, 44, Isid. Or. XX, 2, 30 ('ex quo primum isicia facta sunt') cogitari nequit, — nisi forte V, 1 'accipiant steriles et pedes de bubus, isices et pectines et conchylia.'

Ibicinus (ibex): Pl. Val. V, 45 *fimus.*

icosaedrus: Chalc. Comm. in Tim. 324 *nec octaedrum . . nec icosaedrum nec cubum . .,* ib. p. a.

identitas: Candidi ep. ad Mar. Victorin. 2 *habere ex ipso identitatem naturae,* Mar. Vict. adu. Arium I, 59 . ., Vigilii Taps. Trinit. X, p. 273 t. LXII Migne *propter*

identitatem deitatis, Felix papa ep. 3, „Boeth. Arist. Anal. pr.“

> *ilium* sing.: Marc. Emp. p. 412 A *si ex eo ilium aut uenter imus fricetur*, exc. Charis. p. 107 ed. Vindob. *ilium* λαγών, gen. pl. iliorum Coel. Aur. III, 17, 140. Vulgo pluraliter tantum ‘ilia’ et ‘ilibus’ frequentantur, secundum tertiam declinationem, nisi quod apud Celsum, cum II, 7 scripserit ‘ilibus’, IV, 1 s. f. ‘iliis’ scriptum habetur, heteroclite scilicet, sicuti moeniis, uasis h. g. all. dictitata esse notum est. Itaque nominatiuum sing. fuisse ‘ile’ et consectaneum est et diserte affirmat Seru. ad Verg. Aen. VII, 499 et Ecl. VII, 26, adiectiuum autem (ilis, ile) haec uox primitus uidetur fuisse. Atqui saepe adiectiua in -ilis aliaque in -is, transgressa ad potestatem substantiualem, paragogen simul subierunt terminationis, in -ius. Cf. exempla HA p. 37 *, quibus adde ἀστίλιον ed. Diocl. 14, 4, ex hastile productum, heruilia (eruilis), hortensius Plin. (et nomen Hortensius), inaniae Plaut., memorialius gl. Philox. δπομνηματογράφος, procliuium Frontin., praesaepium Vulg., sodalia, ae inscr. Ergo ile quoque, in substantiui iura prouectum, mox adauctum est in ilium, eaque uocis forma abutitur iam Marullus, mimographus temporum Marci Antonini (Capit. Ant. Phil. 8, 1): *tu Hectorem imitare, ab Ilio* (scilicet ab ilio) *Nunquam recedis*, eandem amphiboliam, opinor, aucupantibus iis quicumque primi ab ‘ilia’ adiectiuum iliacus (Ps. Hippocr. epist. ap. Marc. Emp. p. 246 *iliacus morbus*, Th. Prisc. II, 9, Pl. Val. II, 33, Coel. Aur.) affigurauerunt. Cf. Mühlmann Thes. d. class. Lat. s. u. ilia.

illitio: Marc. Emp. p. 323 B; — circumlitio Plin. Sen.,

superlitio Marc. Emp. p. 275F, eidemque peculiare etiam superlinitio (inf. s. u.).

imaginabilis[35]: Candid. (IV sec.) De gener. diu. 6 *differt imago ab imaginabili*, — multo ante „Boeth.“

immensibilis: Philastri De haeres. 93 *immensibilis est Trinitas*; — immensurabilis Hier., Salu., Cl. Mam. an. II, 4, 1.

impactus, us: Chalcid. Comm. in Tim. 255 *radii uisualis impactu in solidam speculi superficiem* (impactio Sen.).

imparticipatus: Mar. Victor. adu. Arium IV, 19 *uerum esse* (i. τὸ ὡς ἀληθῶς εἶναι) *ita imparticipatum est*, *ut nec unum dici possit nec solum*, *sed per praelationem ante unum et ante solum*, . . *universalium omnium uniuersale*, *infinitum*, *interminatum*.

> *impartilis*: Mar. Vict. adu. Arium I, 49 *impartile undique*, *sine figura*, Cl. Mam. an. III, 5, 2 (Deus) *impartilis non habet partem;* — impertilis Aug., partilis id., Mar. Vict. l. l., Cl. Mam. I, 18, 3, II, 5, 1 . ., C. Aur. all. (adu. partiliter Arn. et persaepe Firm. m., ut II, 18, 22, 26 . . .).

imperagratus: Gild. Sap. II, c. 7, s. 2 *amoena quaeque imperagrata putans*.

implanator: Ps. Cypr. De sing. cler. 3 *implanator proprius suam animam decipit*; — implanare (πλάνος) Vulg.

improbosus[36]: Ps. Cypr. sing. cler. 26 *ad conuiuationes improbosas*.

---

35) Adiectiua in -**bilis** uett. (nisi quae me praeterierunt scrutantem lexica) exstant 272; **recc.** adhuc conquisiui 525.

36) Regestis HA p. 27 * exemplis adiectiuorum **ab adiectiuis** deriuatorum in -**osus** cum suprascripto accedunt **recc.** insuper haec: acerbos-itas Cassiod., ambiguosus Ps. Cassiod., caerulosus Sedul., cauos-itas Tert., famelicosus gl., fugitiuosus gl., montaniosus Grom., rabidosus inf. s. u., teneros-itas Ven.

impuderatus: Lucif. Pro Athanas. I, p. 879 M. *Arianos, natos uidelicet de impuderato uestro patre diabolo;* — ¿ an: impudorato, adu. impudorate interpr. Iren., sed cf. Cang. s. u. impuderatus.

impulsatrix: Verecund. In canticum Manasse 14 *impulsatrix consuetudo malorum proprio lapsu etiam nolentes ad ruinam compellit*, al. (impulstrix Non. p. 103[a]).

in-ad-ligare: Marc. Emp. p. 398 E *tamdiu inalligata, quamdiu*[37]) *eas* (uerrucas) *excutiat*; — cf. in-ad-crescere Tert., inadcusare S. S., — indilucescere Jul. Val., inoblectari Tert., insufflare id., Prud., Salu., Vulg., Marc. Emp. p. 250 A, Pl. Val. I, 26, adde inexsecutio „Jul. Val."

incapacitas: Philastri De haeres. 70 *caro quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando adsumpsit et induit nostrae causa incapacitatis ad eum uisendum.*

incarceratus: Zeno I, tr. 4, „Sarisb."

incarnaliter: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 26 *sensibiliter et incarnaliter tunc manifestatus est.*

incarneus: uid. annot. ad 'nigrogemmeus.'

---

37) Quamdiu = usque eo donec (constr. c. coni., rarius c. ind.) non tantum Lampr. Heliog. 29 exstat, quem locum unum per manus traditum lexica concelebrant, sed admodum frequens est in recentiore latinitate. Aliquot locos (Firm. err. prof. rell., Macr., Spart. unum, Amm. unum) Ott Beitr. z. lat. Lexicogr. II, p. 16 indicauit, alios hic subindo: Cypr. ep. 59, 11 'noctem tamdiu esse, quamdiu illucescat dies', ep. 11, 1, Lampr. Alex. 45, 3, Vop. Prob. 14, 2 'nec cessatum est pugnari.., quamdiu reguli nouem ex diuersis gentibus uenirent atque ad pedes Probi iacerent', Amm. XXII, 15, 23 (coni.), XXV, 3, 12 (ind. perf.), Veg. r. m. III, 9, Macr. Comm. I, 18, 11, Cassian. Coll. XIV, 13, Vict. Vit. Persec. Vand. I, 10, Marc. Emp. p. 316 E 'tamdiu coques, quamdiu percoquatur', 334 A, 371 H, 398 F, 409 B, Th. Prisc. I, 3 'agitas, quamdiu proprium odorem exhalet', I, 4, 5, 18, IV, f. 311[b], Pl. Val. I, 11 'suffumigabis, q. siccentur', 36, 58, II, 30 s. f., III, 14 f. 194[b] ex., III, 2 ex., (c. ind.) II, 20 'bibit, q. dolor sedatur', Firm. m, V, 2 'perpetuis indignationibus perseuerantes, q. fuerint.. uindicati', V, 3 p. 124, ib. p. 128, 125, 129 bis, 130 bis, V, 4 octies.

inceptiuus: Donat. ad Ter. Ad. II, 1, 14 '*At enim non sinam.*' *Enim inceptiua particula apud ueteres fuit*, id. ad Eun. II, 3, 55 '*Verum: parasitus cum ancilla.*' *Verum modo inceptiua est, non relatiua particula.*

incessanter: Sedul. Op. Pasch. III, p. 654 t. XIX M. *munus quod incessanter exercet*, Leo M. ep. 22, Cassian. Coll. VII, 3, „Sid. et Cod. Just."

incestator: Zeno II, tr. 40 *adultero, incestatori, sacrilego.*

incestuosus: Firm. math. VIII, 30 *filios incestuoso coitu conquisitos*, — ab incestus 4 decl. Cic. Gell.

incinerare: S. Placit. 20, 1 *mustelam incinerabis*; — cf. concineratus et decineratus Tert.

incognoscibiliter: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 3 *propter magnam diuinitatem nobis incognoscibiliter operante Patre.*

in-colatus: Pl. Val. II, 30 (mittes unam cucurbitellam et parum centauriae in cacabum .. et decoques ad medias) *et incolata cum oleo .. commiscebis.*

inconsone: Verecund. In cant. Deuteronomii 22 *concurrit, ut et de spiritali igne, quem Dominus misit in mundo, non inconsone sentiatur*; — adi. Vig. Taps. contra Eutych. II, 1, Boeth.

in-corporatus: Claud. Mam. an. II, 3, 2 *si 'in' pro non forte posuisti, ut incorporatum pro non corporato uelis intelligi.*

incuruitas: Chalcid. Comm. in Tim. 61 *obsistente contemplantibus marina incuruitate.*

indecliuis: Chalcid. Plat. Tim. 12 *lēuem eum .. indecliuemque et a medietate undiqueuersum aequalem .. progenuit,*

Comm. in Tim. 92 *membris omnibus similibus effectis et ad indecliuem rotunditatem redactis.*

indeminutus: Zeno II, tr. 13 *indeminutae deitatis paterna substantia*, Petr. Diac. De incarn. et grat. 3 *diuina sapientia sicut ante indeminuta permansit, ita et in hac exinanitione quam gessit misericorditer indeminuta atque indemutabilis exstitit.*

indentare: Paciani (sec. IV) ep. 2, 7 *de similibus quidem apostolus 'quos oportet indentari'* (ad Tit. 1, 11 οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, ubi Vulg. 'redargui'), Lucif. Pro Athan. II, p. 924 M.

* *indifferenter* q. absque dilatione: Gregor. M. ep. I, 20 *tu ad nostram audientiam indifferenter occurre.*

indigeries: Marc. Emp. p. 385F *ad cruditatem atque indigeriem depellendam*, 324E; — digeries Macr. C. Theod., egeries Solin., Paulin. Nol., Sid. ep. VIIII, 11, congeries iam uett.

* *indignatio* (t. t. med. = Cels. Plin. inflammatio): Th. Prisc. I, 24 *feruores testium uel indignationes*, 27 (in ano) *nascitur saepissime indignatio uel feruor*, II, 6 *indignatio gutturis uel uuae*, I, 7, 19 .. (IV, 313ᵃ *hae aegritudines consequuntur: pulmonum labor, phthisis et nigri fellis irae*, cf. II, chr. 18), Pl. Val. IV, 28 *iecinorum indignatio relaxatur*, 24, sim. Veg. uet. (cf. Gesn. Lex. Rust. s. u.), — et sic indignari Th. Prisc. I, 15 *faucibus indignatis*, 27 *loca indignantia iuuat*, II, chr. 13, Coel. Aur.

indiscernibilis: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 49 *immensum inuisibile indiscernibile uniuersaliter*, 50; — discernibilis ib. I, 49, Aug., discrebilis Jul. Val.

* *indulgenter* q. libenter: Solin. 9, 14 *uoluptati aurium indulgentissime deditus;* cf. indulgere HA p. 101 sq.

in-exsistens: Mar. Vict. Adu. Arium I, 50 *secundum suimetipsius inexsistentem exsistentiam*, ante „Boeth.“

infamium: Ennod. uita Epiphan. p. 390 Sirmond (Par. 1611) *homo in perfugarum infamio notitia ueteri pollutus.*

in-figuratus: Marc. Victorin. De gener. diu. uerbi 8, Intpr. Iren. I, 15, 5 *incorporalem et infiguratum* (ἀνείδεον), IV, 35, 3 ante „Cassiod. de anima.“

infitiabilis: Chalc. Comm. in Tim. 15 *certa minimeque infitiabilis arithmeticae disciplinae auctoritas.*

in-flexibiliter: Damas. ep. dub. 2, 9 *per eam* (scientiam) *uias uestras dirigentes inflexibiliter*; — adi. Sen. Plin. pstt.

inframuraneus: Greg. Tur. Hist. Fr. VII, 22 *domus.*

in-frenabilis: Chalc. Comm. in Tim. 105 *propter instabile atque infrenabile momentorum agmen*, — et *in-refrenabilis:* id. ib. 323 *inrefrenabili quodam impetu.*

ingenerabilis: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 34 *ingenerabili generatione, aut magis semper generante generatione.*

initialiter: Fulgent. Rusp. De quinque quaestt. 23 *ut . . solius esset proprium naturaliter carnis initialiter de carne genitricis exsistere, in membra formari* etc.; — adi. App. Amm. all.

inlucidare q. illuminare: Victorin. Coeperitne a uespera dies 1 *quando totae plagae coeli per diem illucidentur.*

in-natiuitas: (Mar. Victorin.) De physicis 5 (quae distantia diuinitatem natiuitatis unam constitutam omnibus esse non concedit:) *ex quo ad unum iterum innatiuitas pertinet, ceteris exclusis ab innatiuitate, unde natos esse necesse est.*

innigrare: S. Plac. 28, 1 *ne et dentes innigrentur*; —

transit. etiam denigrare, apud pA etiam simpl. nigrare usurpatur.

innotescentia: Ps. Eucher. Comm. in Regg. I, 14 *ita utcunque surgo ad innotescentiam illius quae appellatur ira Dei.*

in-obauditio: S. S. Coloss. (2, 14) ap. Pacian. De baptismo 7 *quod aduersus nos erat delens chirographum inobauditionis* (Vulg. decreti); — inobaudire, inobaudientia, obaudire etc. recc.

in-obsecrabilis: Paciani (sec. IV) ep. 1, 5 *gratuita Domini bona inobsecrabili asperitate prohibere.*

> *inopino* adu. pro inopinato: Marc. Emp. p. 299 G *capitis summi uerticem si quis uua laboranti mordeat inopino.* Nisi uero datiu. ab inopinus adi., ui actiua accepto, intelligis.

inradiatio: Firm. math. IV, 12 *si Mars Venerem minaci aliqua irradiatione respexerit;* cf. irradiare VIII, 17.

in-refrenabilis: uid. sub. 'infrenabilis.'

inscissura: Greg. Hist. Franc. X, 16 *de illa inscissura, quae pallae superfuit.*

in-subditus: Zeno II, tr. 17, 1 *insubdita humanis gressibus aequoris terga*; — insubditiuus Tert.

in-substantialis: Candid. Arian. De gener. diu. 8 *si ergo insubstantialis est Deus*, „gl. Pap.", — substantialis, consubstantialis recc.

in-substantiatus: Mar. Vict. Adu. Arium I, 26 . . *non solum insubstantiatum, sed consubstantiatum*; *insubstantiata enim sunt omnia ὄντα in Jesu.*

in-sustinibilis: Ps. Cypr. de Sina et Sion 8 *et tonitrua facta sunt et tenebrae insustinibiles;* — insustentabilis Lact., Coel. Aur.

intellectibilis: Philastri De haeres. 150 *quod haec rationabilia sunt et intellectibilia*, 155, Candid. gener. diu. 11, Mar. Vict. adu. Arium I, 24, IV, 2, Eust. Hexaem. I, 5, ante „Boeth.“; — intelligibilis Sen., Macr. Aug., etiam Mar. Vict., e. c. adu. Ar. I, 32.

intellectuare: Mar. Victorin. De gener. diu. uerbi 7 *excitatus in anima ὁ νοῦς intellectualem potentiam animae illustrat . . et intellectuat ac figurat.*

intelligentialis: Mar. Vict. Adu. Arium I, 32 *uitalem potentiam et intelligentialem*, 39.

intelligentialitas: Mar. Victor. Adu. Arium I, 50 *beatitudo, intelligentialitas, uitalitas, optimitas . .*

intenebrare: Intpr. Iren. II, 25, 6 *uacua doctrina ipsorum et intenebrata*; — etiam tenebrare, con- et obtenebrare recc. sunt.

interficies: Chalc. Comm. in Tim. 92 *mundi partium diuersa interficies quamuis indifferenti membrorum similitudine occultatur, in superficie, motu tamen et spirabili proditur conuegetatione ut corpus animalque formatum.*

* *interuentor* i. locum aliquem uacantem interim tenens, uicarius alieni muneris: Fulg. Ferrandi Breu. canon. 22 *ut nullus episcopus cathedram cui datus fuerit interuentor plus quam annum teneat, sed ipse eis episcopum petat*, 23, Criscon. Breu. canonic. 267.

intracoelestis (¿ infracoelestis): Mar. Vict. adu. Arium IV, 31 (uid. ‘supracoelestis’).

in-ualitudo: Pl. Val. I, 18 *nunquam inualitudinem patientur*, 14; — ap. Cic. expunctum.

in-uersabilis: Mar. Vict. Adu. Arium I, 22 *inuersabili*

et impassibili exsistente uniuersali λόγῳ qui semper est ad Patrem; — uersabilis Sen. all.

in-uersibilis: Candid. Arian. De generat. diu. 1 *quod inuersibile et immutabile, neque genitum est neque generat aliquid*, 3, Mar. Victor. De gener. diu. uerbi 9 al.; — inuertibilis „Hilar.“ Cf. conuersibilis s. u.

inuiscera (¿ pro inuiscerata, = uiscera): Intpr. Iren. V, 3, 2 *aliud arteriae et uenae, aliud inuiscera diuersa, aliud sanguis.*

inundantia: Verecund. In canticum Habacuc 14 *qui potauerit aquarum inundantias, abundabit.*

ios (ἰός) h. e. aerugo: Pl. Val. II, 37 *io xysti unam* (unciam), 56 *io sideron*, item multis aliis locis, in quibus yo editum est in ed. Ald., ut I, 31, 37 . .

> *iubilus:* Vigil. Trident. ep. 2, 6 *inter strepentes et horridos iubilos pastorales;* — iubilum Sil. Calp. Amm.

L*acrimatorius*: Plac. 17, 1 *leucoma lacrimatorium;* — delacrimatorius Marc. Emp. p. 280 D 'collyrium delacrimatorium', h. e. ad delacrimationes uel lippitudines oculorum.

lactatio: Intpr. Iren. IV, 38, 1 *per talem lactationem assueti manducare et bibere uerbum Dei.*

laicalis: Greg. H. Franc. IX, 42 *uinclis laicalibus absoluta* . . (ad religionis normam uisa sum uoluntarie translata). Cf. cleric-alis (κληρικός), epidecticalis, ethnicalis, geometricalis, omnia recc.[38]), (gallicaris, patricalis).

38) Omnino recc. a peregrinis et maximam quidem partem Graecis uocibus inclinata in -alis (-aris), ut u. c. bibliothecalis, hypotenusalis, pyctalis, gehennalis, computaui quadraginta quatuor; uett. pauca inueni, ut diobolaris Plaut., theatralis, reliqua quatuor pA. Cf. ann. ad 'martyrarius.'

lamentosus: Eugypp. uit. Seuerin. 20 *ad castellum lamentosa uociferatione reuertitur.*

lampago: App. herb. 96 (saxifragam) *alii lampaginem uocant.*

lapidatrix: Interpr. Origen. in Matth. comm. 28 *ad Jerusalem interfectricem et lapidatricem prophetarum;* — lapidator Cic. dom.

largifer [39]: Drepan. Vulfino u. 5 *sic liquidos puteus profundit largifer undas.* Cf. annifer Plin. h. e. annuatim ferens.

largiflue: Criscon. breu. canon. praef. *ut spiritalis alimonia panis gregem l. nutriatis;* — adi. Lucr.

lauriculus [40]: Marc. Emp. p. 387 A *lauriculi teneri id est cymae lauri.*

---

39) Composita cum -fer suffixo collegi centum sexaginta tria, quorum ut recc notaui quinquaginta duo.

40) Vt lauriculus (si tamen recta e laurus est deminutum), ita alia quoque multa in nominibus deminutiuis eis, quae ex recentiore literatura nobis innotescunt, offendunt specimina ficturae laxioris ac deuiantis a regulis formarum deminutiuarum, quas Priscianus exposuit Inst. gramm. III, 5 sqq. digessitque nuper G. Mueller De ling. lat. deminutiuis, Lips. 1865, p. 3—12. Sic in -culus, -iculus (-cellus) inclinata sunt perperam, utpote deriuata a I uel II decl. nominibus (Prisc. l. l. sect. 28), apud Marcellum praeter lauriculus illud etiam conchicula p 393 D, apud alios scriptt. u. c.: agniculus et -la Arn. Ambr., blandicule App., campicellum, ollicula Th. Prisc., puerculus Arn. App. h. 25, 3, raniculus (Anal. gramm. Vindob. 1836, p. 80), seruiculus Tert., thyrsiculus App., tonsicula (tonsa) Cassiod. (adde iactanticulus Aug., cl. dolentulus, adolescentulus, clientulus . . et Prisc. 32). Item male in -culus, ingesta insuper -s- ante terminationem (in -usculus), temere, cum stirpibus uocum id elementi non inesset, Marcellus ramusculus p. 315 F, 362 C, it. Pl. Val. I, 36, Hier., alii bonuscula, orum C. Theod., domuscula App., herbuscula M. Cap., pomusculum Anth. lat., — adde lacusculus Colum., in -culus illud quidem recte, sed non recte, credo, assumpta s consona Enimuero haud secus quam ista analogiae uidentur repugnare uett. mammicula Plaut., prandiculum (N. Tir. prandiolum), galericulum p A (e galerum), quaeque Varro usurpari quidem negat, at ipse figurare non dubitat, macriculus, nigriculus, — domuncula Vitr., mendaciunculum Cic. (mendaciolum Thom. thes.), statunculum (e statua), — praedonulus Cat., denique quamuis uulgatum uetulus (ueterulus Rufin. et rectius uetusculus Fronto, Sid.). —

laxus subst.: Pl. Val. II, 49 *ad laxatos talos fimum caprinum . . .; uitulinus item fimus laxui et tortis aliquo casu continuo impositus . . etiam tumores mire arcet.* ¿ An: luxui, quod uocabulum exstat Cat. r. r., Scrib. 266, App. Flor. 3, 16, App. herb. 31, 4 'tumoribus ex luxu concitatis'.

lenticulatus: App. herb. 90 *foliis lenticulatis* (h. e. lenticularum formam habentibus) [41]).

† *leptopyrexia:* Marc. Emp. p. 337 E *leptopyrexias sanat.*

leucoma: Marc. Emp. p. 276 E *ut leucomata et albuginem ex oculo detergeas*, al., Plac. 17, 1.

Adiectiuorum deminutiuorum recentioris auctoritatis indiculo, quem HA p. 59 * institui, indenda sunt: audaculus Gell. Firm. m. praef., blandicule, hystriculus, iactanticulus, lepidulus M. Cap., linguatulus Tert., linteolus Prud., literatulus Hier., marcidulus M. Cap., montaniculus Charis. II, p. 155, mulleolus Tert., nouiciolus id., perastutulus App., prudenticula An. Helu. p. 236, pusillulus, sanctulus Hier, scholasticulus (-cellus, -cellulus), sparteolus, subargutulus Gell., tenerulus, torosulus Hier., trimulus, turbidulus Prud., uariolus Macr., uastulus App., ueterulus, uetusculus, uitreolus P. Nol., — in omni summa recc. 87, cum uett. inuenerim 116 (in quis notata pA 9), non supputatis utrimque deminutiuis comparatiuorum, de quibus cf. HA l. l.

41) De adiectiuis participialibus, quae inclinatu participiali (-tus) defigurata sunt a nominibus, diximus HA p. 25 * — 27 . Quorum longe frequentatissimi generis, -atus terminatorum, exempla dinumerauimus — ex animi sententia, nam de multis, an uere participia sint, dubitari potest — uett. 219, recc. 157. Reliquorum generum, eorum quae non intercedente a, sed alia — siue mediatrice siue, ut ita dicam, radicali — uocali uel consona terminationem antecedente, -tus terminata sunt, exempla apposui (omnibus tamen, quae l. l. iam regesta sunt, omissis): artitus P. Diac., auitus, patritus, corbitus Lucil. (corbita s. Plaut. Cic. all.), insignitus Enn., penitus Fest., ratitus Lucil., recutitus, r. cirritus, Daphnitus (HA p. 58 *), herbitum Is. Or. XVII, 7, 55, — astutus, belutus P. D. 'bestiae similis', cinctutus, — fastus, fidusta P. D., confoedusti ib., humectus, maiestus Petr. 57, modestus, rudectus Cat. (rudus), tempestus, uetustus, uirgultus. Denique, quae eodem figurationis continentur genere, περιεκτικά in -etum aut, praecedente consona, -tum (ut ficetum, filictum . .), ceteraque eodem modo inclinata (u. c. funetum, temetum, myrsetum), numero perfunctorie inito, inueni uett. 54, — recc., quorum aliqua infra scripta sunt, 21: busticetum, canabetum, cannetum, carduetum, fructetum, lilietum, palmetum, salicetum (uett. salictum), pometum, nouelletum, olenticetum (olenticus) Cl. Mam. an. II, 9, 4, App. mag. 8, opobalsametum Justin., . .

leucophlegmatia: Pl. Val. III, 12.

leuisticum (herba medicinalis: franc. livèche): Plin. Val. II, 30, 36, Veg. uet. III, 52, 2 Gesn., — corruptum e *libysticum* Vindician. ep. p. 248 St. *absinthio, in quo libysticum fuerat decoctum*, Th. Prisc. II, chr. 8, 16, IV, f. 311^b, 312^a, Pl. Val. I, 62 .. (Galen., Oribas.), uel (quod haud aliud quam illud uult esse Salmas. Exercitatt. Plin. in Solin. p. 1274) e ligysticum (Diosc., Orib., Aet., Paul. Aegin.) siue ligusticum Col. Plin. Apic.

> *lexiua* subst. (franc. lessive): Pl. Val. III, 14 *lexiuae qua utuntur saponarii*, — pro lixiuia Col. (lixiuium Coel. Aur., Pl. Val. I, 21, Plac. 16, 15, lixiuum Pall. II, 15, 18).

libentiose: Hist. Apollonii Tyrii 39 *quod omnes tam libentiose discumbitis, — nauis dominus quis est?* (libentia, ae Plaut. Gell.)

libysticum: uid. 'leuisticum'.

> *lichena* pro lichen (λειχήν): Pl. Val. II, 56 *lichena appellatur, quod uulgo mentagram appellant.* Cf. mininga (μῆνιγξ) Th. Prisc. II, chr. 9 *cum ex miningae partibus sanguis eruperit, qui uapore quodam cum saltu uenarum, cum sudore et dolore totius capitis publicatur*, ib. *cibi calefacientes miningam prohibendi sunt*, II, 2 bis, ib. 3 (¿ = cerebrum, ἐγκέφαλος [42])), *parotida* Isid. Or. IV, 8, 2 *parotidae sunt duritiae .. in aurium uicinitate*, Th. Prisc. I, 9 (parotis Plin.), *sciade* inf. s. u., *styraca* Pl. Val. I, 11 uel styrace Marc. Emp. carm. u. 48 (styrax), Amazona Hyg. Tert. Jornand. de Getar. orig. 5, ascarida (ἀσκαρίς) Is. Or. XII, 5, 13,

---

42) Cf. gl. Plac. meninga in cerebro membrana quaedam uel pars cerebri (Jahn Archiv t. II, p. 468).

cantharida (cantharis) Is. XII, 5, 5, Greg. Tur., coenoteta C. Aur., collyrida Vulg. Ambr. (collyris), decada Rufin., hebdomada Gell. eccl., heroida Fulg. M., Hellada Vulg., Vict. pers. Vand. I, 17, lampada Trebell. Gall. 8, Jul. Val., eccl., pyramida Chalc. Comm. in Tim. 20, Claud. Mamert. I, 25, 2, Boeth., alia (cf. Neue Lat. Formenl. I, p. 332 sq., cl. et Rönsch op. c. p. 258 sq.)[43]).

lichenicus: Pl. Val. II, 56 *trociscus lichenicon.*

limatura concr.[44]): Placit. 10, 1 *limatura eius* (eboris) *si faciem laueris*, Pl. Val. I, 25, Greg. M. ep. IV, 30, gl.

limitamentum: Mar. Victorin. De gen. diu. uerbi 9 *sensus simulacrum cum sit intellecti et limitamentum intelligendi.*

lineatus q. uirgatus: Solin. 27, 51 *serpens . . alba quasi mitrula lineatus caput*, ante „Isid."

locularis syn. localis: Chalcid. Plat. Tim. 11 *quoniam ex septem motibus non locularis ei quisquam, sed rationabilis*

43) Mutato simul genere, quod in lichena fem. pro lichen masc. et in styraca est factum, in primam decl. transscripta: alphita et apostema sup. s. uu., arnoglossa Marc. Emp. p. 271 D *arnoglossae id est plantaginis*, al., C. Aur. VII, 8, 117, Th. Prisc. I, 8, Pl. Val. II, 28.. (arnoglosson Graeci et App. h. 1, arnoglossus Marc. Emp. p. 330 B), buglossa App. herb. 41 *herba*, Ser. Samm. Macer (buglossus Plin.), chamaelea (herba) Th. Prisc. I, 9 pro chamaeleon (χαμαιλέων) Cels. Plin., aera et aethera Anecd. Helu. p. 114, aulona S. S. (Rönsch p. 250), cataplasma, ae Greg. Tur., haec emblema Pompei. gramm. p. 229 Lindem., incomma (ἔγκομμα) Veg. r. m. I, 5 *proceritatem tironum ad incommam scio semper exactam* (neutr. Hieron.), lebeta Eucher. Instr. II, 3, plasma Commod. Apol. 310 *suae plasmae misertus.*

44) Nomina a uerb. deriuata recc. in -ura, quae concretiue usurpata inueniuntur, praeter HA p. 6 * et 57 * ex. gr. adscripta collegi haec: assurae gl., clausura, ¿ comestura (sup. s. u.), elixatura, frixura, inauratura, inductura, inscissura (sup. s. u), instructura Grom., ligatura (et obligatura, subligatura Th. Pr.), mulsura, munitura Aug., natatura, ornatura, pedatura, praecisura, praedatura, rasura, stratura Pall., suffultura, taliatura, tectura Pall. AL 783, 7, uelatura Greg. M. Ergo omnis recc. summae huiusmodi est c. tertia pars.

competebat, qui animarum proprius est circuitus, Comm. in Tim. 120 *loculares motus septem sunt, duo quidem iuxta longitudinem .., item alii per latitudinem ..*, 136, 221, 260 *corporeum motum locularem uocans*; — al., ut uidetur, Pall. III, 25, 23 'resina locularis.'

loculatus part.: Potamii tract. 1 p. 1413 t. VIII Migne *quam loculatum in specu incisae rupis .. resurgere posse .. Dei pietas intonabat*; — loculatus adi. = loculis instructus Varr.

longarius: Anecd. Helu. p. 222 *sunt et aliae longariae* (literae); — cf. longurius subst. Varr. Caes.

ludificabundus [45]: Sidon. ep. VII, 14 *qui amicos ludificabundi non tam iudicialiter quam oculariter intuentur.*

45) Adiectiuorum participialium in -bundus (HA p. 43*) indiculum uid. ap. Ruddimann. Inst. gramm. lat. I, p. 309 sq. ed. Lips., copiosum quidem, sed minime plenarium. In regestis ibi exemplis huius figurae duodesexaginta (reliquorum enim duorum, dissertabundus et lasciuibundus, incerta est fides) insunt: 1 a Laberio libentiose confictum (amorabundus), 10 Liuii uel Liu. et postt., 2 poett. aeui Aug. et postt., 5 (8) p. A, — 24 (cum tribus, quae ante Tac. Pliniumque min. non comparent: 27) recc. Omissa sunt ab illo uett.: cassabundus Naeu. P. Diac., deplorabundus Plaut., hinnibunde Quadrig. ap. Non., lixabundus Plaut. Stich. 288 (?), P. Diac., gl. Is., lurchinabundus Cato, negibundus Fest., P. Diac. 'n. pro negante dixerunt', tuburcinabundus Cato, uerberabundus Plaut., — queribundus, ructabundus Sen., tremebundus, uersabundus (ui mediali) Lucr. Vitr., uertilabundus Varr. Recc. addenda sunt: adminiculabundus It. Al., amplexabundus Jul. Val., anhelabundus gl., aucupabundus Tert., aurigabundus Jul. Val., ¿ balabundus Cypr. ep. 45, 3, carminabundus Sidon., cauillabundus Tert., causabundus Prisc., comminabundus Tert., conabundus Beda orth., consolabundus gl., conspicabundus M. Cap. VIII, 803, contemplabundus Tert., contremibundus S. S., eiulabundus Jul. Val., exsultabundus Justin. Solin., famulabundus Tert. Vulg., flammabundus M. Cap., fluibundus id., fumabundus S. S. uers. ant., fumigabundus Vulg., gaudibundus App., Cypr. ep. 76, 4, iactitabundus Sid., imperitabundus gl., impudibundus Thom. th., insultabundus Aug., latitabundus Sid., laudabundus Charis., ludificabundus, mendicabundus Aug., murmurabundus App., mussitabundus gl., natabundus Jul. Val., negabundus On. l. gr., nexabunde Jul. Val., nixabundus Jul. Val., oscitabundus Sid., otiabundus, palabundus Tert. It. Alex., parabundus gl., pauibundus Arn., plorabundus, precabundus Lat. Pacat., rimabundus App. Fulg. M., rotabundus (inf. s. u.), rudibundus Aldhelm., salutabundus M. Cap., scrutabundus (inf. s. u.), sitibundus On. l. gr., spumabundus App., sudabundus Paneg.

> *luminalis*: Candid. gener. diu. 4 *a substantia luminali*; — luminar subst. uett.

luricula (a λαύρα?): Ps. Eucher. In Regg. comm. III, 11 *quibus tabulatis seu muris uel cancellis, cum ad tutelam uiae ponuntur, uulgus luricularum nomen indidit; haec autem tabulata s. luriculae supra sunt latera uocata* (h. e. Regg. III, c. 6, u. 5).

lutefieri[46]: Marc. Emp. p. 376 D *non patitur lutefieri nec intus uulnus conuerti.*

luxatus, us: Th. Prisc. IV, f. 312[a] *unice faciens .. ad luxatum, ad praecisuram* .., 314[b]; — cf. luxatura Pl. Val. II, 49 'luxaturam sanare', Marc, Emp., — et sup. s. u., 'laxus.'

M*adefactio*: Th. Prisc. I, 20 *si madefactio permanserit* .., *cataplasmabo* (uulnus).

---

in Pis., uastabundus Amm., uentilabundus (inf. s. u.), uibrabundus M. Cap., uisabundus It. Alex. (Add. ad HA 1 l. distinxi). Itaque omnino regesta sunt in -bundus adiectiua 127, quorum 83 ($65\frac{1}{2}\%$) sunt recc.

46) Compositi uerbi facere (factare, fieri) cum praefixo uerbali, ut expergefacere, tepefacere, frigefactare, colliquefieri, exempla inueniuntur haud sane pauca. Exprompta nobis sunt 92, quorum antiqua maior pars (70), in quis p. A. allicefacere, domefactus, humefacere, torrefacere, exarefieri, expauefacere Hyg. f., in- et sufferuefacere, et, praeuio Ouidio poeta, pa uefactus, rubefacere .., omnino 16). Recc. sunt: abolefacere, adolefactus, cauefacere et -fieri, consuefieri, frigefacere, gelefactus, intremefactus, modefactare, nitefacere, obdurefacere, obsolefacere (-fieri uett.), obstupefieri, pallefactus, prodefacere et -fieri (inf. s. u.), pudefactus, rigefacere, torpefacere, ualefacere, uiuefacere et reuiuefacere (inf. s. uu.). Multo autem rariora sunt ea, quorum prior pars, sicut supra scripti lutefieri, uideatur esse non uerbalis, sed a nomine deriuata. Cuius rationis exempla recc. uidentur esse: sobriefactus App., obscurefacere et purefacere Non., grauefacere Ven., apud Th. Prisc. ignifactus II, chr. 15, nigrefieri (?), maturefacere, — quibus accedunt antiquiora: uacuefacere, cinefactus Lucr. (cf. Non. p. 66[a], incinefactus Commod.), rarefacere Lucr. (5), Th. Pr., pinguefacere Plin. (¿ usufacere Plaut., lucrifacere, — uallefacere). Cf. tamen Lachm. ad Lucr. III, 906.

Majorica, *Minorica:* Victor Vitens. (sec. V exeunte) De persec. Vandal. I, 4 nominibus in nostrum aeuum mansuris Balearicam maiorem Majoricam (Mallorca) appellat, minorem Minoricam (Minorca)[47]).

malefactio: Th. Prisc. IV, f. 317^b *malefactionem uel eclipsin animae* (i. e. λειποθυμίαν). Nimirum non Macer herb. primus auctor, quem unicum allegant Gesn., Forc., Klotz.

mancipalis: Gild. I, 5 *multis perfidorum caesis*, *nonnullis ad seruitutem mancipalibus reseruatis*; — manciparius q. mango sch. Juu.

mandalia pl.: Pl. Val. II, 30 *facies mandalia hoc est collyria bona*, 37.

* *manducare* non iam q. masticare, sed prorsus pro edere (unde fr. manger): Marc. Emp. p. 297 E *radicis edulis id est quae manducatur* (cf. 382 D 'cucumeris quem edimus'), 366 B *restituit cupiditatem manducandi*, 302 A, 322 GH, 356 C, 357 F, 377 G .. (proinde commanducare pro comedere 368 E al.), Pl. Val. II, 17 *nec carnem manducet*, *donec sanus fiat*, 29, Th. Prisc. IV, f. 313^b, Vulg. Isai. 7, 22 *butyrum et mel*, intpr. Iren. III, 18, 3 et 21, 4, et saepe eccl. Sic *manducabilis* q. edulis intpr. Iren. I, 11, 4 *fructum .. manducabilem et .. dulcem*, *quem fructum sermo cucumerem uocat.*

martyrarius[48]): Greg. hist. Franc. IV, 11 *cum Leubaste martyrario et abbate.* Cf. Ruinart. ad l.

---

47) Adiectiua in -icus declinata ab aliis adiectiuis sunt: tetricus, famelicus, familiaricus, Graecanicus, paganicus, sputatilicus, — rece. inerticus, casanicus inscr., decanicus C. Th., pistrinicus gl.

48) In -arius a uocabulis defigurata peregrinis, maxime graecis iam quidem apud Plautum quaedam inueniuntur, ut thesaurarius, zonarius; accedunt aliqua apud primi post Aug. seculi scriptores, sed apud posthadrianos demum permulta. Etenim posthadriana (supputatis sane eis quoque, quae a uocibus olim usu receptis

martyrialis: Vita S. Fulgentii 9 *martyrialis agonis participes effecti.*

masculare: Mar. Vict. Adu. Arium I, 51 *masculari uirginis partu uirum, generari filium Dei;* — con- et emasculare recc.

materiosus: Th. Prisc. IV, 317[a] *uenas naturaliter materiosas,* „gl. Philox. πολύυλος.“

matricularius: Greg. Hist. Franc. VII, 29 *nonnulli matriculariorum et reliquorum pauperum.* „Matricularii dicebantur pauperes, qui ecclesiae facultatibus alebantur, quod in matricula eorum nomina descripta essent, cf. Frodoard. hist. Rhemens. II, 5, all.“ Ruinart.

* *matrix* transl. urbs primaria regionis alicuius: Fulg. Ferrandi Breu. canon. 11, 38 (ubi m. spec. est sedes episcopi et ecclesia cathedralis, eadem 81, 83 'prima sedes' dicta); cf. Cypr. ep. 48, 3, Amm. XXVI, 1, 3, et metropolis Spart. Hadr. 14, 1, Jun. Philos. 34.

meatio: Coel. Aur. II, 18, 105 *perspiciendum, utrum usque ad dimissionem accessionis fluor uentris perseueret, uel eius meatio mordicationem quandam faciat podici.*

meconicus: Pl. Val. IV, 8 *capita papaueris et folia decocta meconicon faciunt medicamentum.*

* *mediare* intrans.: q. esse in medio uel intermedium aliorum Sid. ep. IX, 3 *inter obstrictas affectu mediante personas,* Cl. Mam. an. I, 1 (odio mediante), Greg. H. Franc. VII, 2 et saep. idem; — q. esse in medio sui, dimidium esse Pall. IV, 10, 32 'Junio mediante', S. S., intpr. Iren.; trans.

---

deriuata sunt, ut u. c. grabatarius) confeci amplius nonaginta, cum antiquiora his talia uix duodecim reperire potuerim. Cf. ann. ad 'laicalis'.

q. diuidere medium uel dimidiare aliquid Apic. (coliculos mediabis).

mediolum subst.: Pl. Val. I, 64 *ouorum mediola;* — oui medium Apic. IX, 416 (hinc moyeu = jaune d'oeuf).

* *mella*: Isid. Or. XVII, 7, 9 *mella quam Graeci loton appellant .. arbor magna, fructum ferens comestibilem .. gustu suauem;* — cf. oleomella Is.; al. mella q. aqua mellita Col.

> *membranus* adi. (q. membraneus): Intpr. Origen. in Matth. 11 *scribentes quaedam legis dicta in duabus praecisuris membranis alligant, .. et uocant eas phylacteria;* — subst. membrana uulgo et membranum Isid. et gl.

minutare: Pl. Val. V, 27 *donec .. minutetur*, II, 30 *mittes ceram minutatam, ut soluatur*, Th. Prisc. IV, f. 316ª *accepti cibi materies in corpusculis minutata seu cocta*, II, chr. 19, intpr. Origen. in Leuit. hom. 2, 1.

* *morosus:* Firm. math. VIII, 23 *rusticos faciet et ignobiles et nulla penitus disciplina morosos*, — q. moratus ib. 24 'homines moratos et laudabili disciplina fulgentes'.

* *montensis* abusiue pro montuosus: Jun. Philos. tot. orbis descr. 52 *Achaja .. est prouincia breuis et montensis* (Expos. tot. mundi eod. loco: pr. breu. est et montuosa).

* *mortalitas:* Chronogr. ed. Momms. p. 648, 2 *his imperatoribus magna mortalitas fuit.*

mortiferare: Ps. Cypr. De Sina et Sion 9 *Aegyptium mortiferatum manibus suis*, ib. *quam quod ipse aliquem mortiferaret* [49]).

---

49) Cf. alia hunc in modum (declinato in -are uerbo) composita (uel, ex parte quidem, decomposita), ut uociferari, recc. fructiferare, paciferare, pestife-
i
rare, — belligerare, morigerare, famigeratus Mela App. (sed famigeratio et fa-

motiuus: Chalc. Comm. in Tim. 222 (anima) *in motu perpetuo, utpote cuius naturaliter motiua uis sit*, „On. l. gr.“

> *mulcebris*: Chalcid. Platon. Tim. 19 *duae sunt uirtutes ignis, altera edax et peremptoria, altera mulcebris*, — Mulciber notum Vulcani epitheton; cf. alebris P. Diac., lugubris.

mysterialis: Intpr. Orig. in Matth. 23 *interiorem et mysterialem sensum audire et suscipere concupiscentes, et transscendentes sensus exteriores uerborum*, 31 *ut aedificetur diuinius et mysterialius templum*; adu. ib. 32.

> *Napa*: Th. Prisc. I, 2 *accipies quam plurimas napas et in uase clausas incendes*, II, chr. 18; — napus Col. Plin. all.

napocaulis (theot. Kohlrabi): Isid. Or. XVII, 10, 9 *napocaulis ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia, dum sit sapore napo similis, non in radice, sed in thyrso conscendit, ut caulis.*

naricornus: Verecund. in cant. Habacuc 2 *rhinoceros appellatur, quasi naricornus.*

> *nepotatus* part. pass.: Paciani ep. 1, 5 *post prodacta omnia bona et cum meretricibus nepotata*; — nepotari depon. Sen. Tert.

neurotrotus: Th. Prisc. I, 19.

> *nigella* subst. (q. melanthium): Th. Prisc. II, chr.

---

migerator Plaut.), recc. flammigerare, pennigerare (inf. s. u.), rumigerare, uerbigerare, uermigeratus, — anticipare, occupare, participare, posticipare Cl. Mam. an. I, 21, 4, — denique numerosam in -ficare figurationem (cf. ad ‘nutrificare’).

13 *nigellae uncias III, orobi unc. I..*; — hinc nigellatum (sc. oleum) Paul. Nol.

nigrogemmeus[50]): Solin. 22, 11 *si decorem requiras* (gagatae), *nigrogemmeus* (sc. est), *si naturam, aqua ardet, oleo restinguitur*; cf. nigricolor id. 2, 44 *facies* (gemmae).

nocumentum: Firm. math. VI, 27 *uitae laesionem, ferri nocumentum et biothanatam mortem decernunt.*

nominabilis: Intpr. Iren. II, 35, 3 *Adonài aliquando nominabile et admirabile significat*, „Amm. XXVIII, 4"? (innominabilis intpr. Iren. III, 5, 1 et saep., App.).

nominarius: Rufin. Origen. in Numer. hom. 27, 12 *in literario ludo, ubi pueri prima elementa suscipiunt, abecedarii dicúntur quidam, alii syllabarii, alii nominarii, alii iam calculatores appellantur; et, cum audierimus haec nomina, ex ipsis, qui sint in pueris profectus, agnoscimus.*

nominatus adi. (i. nomen habens celebre, nobilis): Junior Phil. tot. orb. descr. 42 *de qua uestis exit nominata, quae dicitur Laodicena*; — cf. nominosus: famosus, nominatus!, celebratus Thom. thes.

* *normula* transl.: Chalcid. Plat. Tim. 1 *praescriptam uobis a me tractatus normulam,* — concr. Boeth.

nuncupamentum: Chalcid. Comm. in Tim. 306 *ad declarationem naturae eius conuenientibus nuncupamentis usus est.*

---

50) Rara sunt composita in -eus. Haec reperire potui: bicorporeus et unicorporeus Firm. m., bitemporeus Prisc. (δίχρονος), — praeterea cum sub praepos.: subterreus Arn., — subcaeruleus Cels., subluteus App. Arn., subrubeus Non. p. 376ᵇ (color ostri), — cum in priuatiuo: impuluereus Gell., incorporeus Gell. Macr. M. Cap., Cl. Mam. an. I, 3, 6, III, 9, 3 et passim, it. all. eccl., incarneus Victorin. Ad Justin. Manich. 15 *ex incarneo caro.*

nutrificare[51]): Anecd. Heluet. p. 282 *nutrit mulier, nutrificat nutrix.*

O*bdormitio:* Ps. Eucher. in Regg. comm. I, 27 *duritia cordis obdormitio est; dormiunt in uitam ueterem, non euigilant in nouam.*

> *obsecundari* dep.: Lucifer De reg. apost. p. 802 M *cum audierit haec a Deo, numquid .. est obsecundatus?,* — act. uett.

obtusitas: Chalc. Comm. in Tim. 21 *quod est acumen aduersum obtusitatem, hoc subtilitas iuxta corpulentiam,* ib. 22.

occasiuus: Mart. Cap. VI, 594 *regiones,* „gl. lat. gr.“

occlarescere: Solin. 2, 54 ed. Momms. *Aquae Sextiae illic obclaruerunt* (sic codd. opt. Heidelberg. et Bernensis, uulgo 'claruerunt').

octaedrus: Chalc. Comm. in Tim. 324 (formantem figuras) *modo pyramidis, et ex ea mox octaedri, dictoque citius icosaedri* (graece scr. Mart. Cap.).

odocos: Marc. Emp. p. 262 F *herba quae graece chamaeacte, latine ebulus, gallice odocos dicitur;* cf. Diosc. IV, 172 χαμαιάκτη, Ῥωμαῖοι ἔβουλουμ, Γάλλοι δουκωνέ. „In celticis nihil tale exstare, Anglorum lingua dock dici rumicem.“

oenelaeum: Marc. Emp. p. 261 E (Oribas.).

* *offerre* (perplexe, sicut desidere, desurgere, pro: cacare): Marc. Emp. p. 390 D *uas ubi offertur .., cum conatu*

51) Verba hunc in modum configurata (in -ficare) collegi uett. 33 (cum praepositionatis, ut co-aedificare, deludificare: 43), — recc. 76 (87), e. c. humificare Aus., bellificare (sup. s. u.), tabificare Aug., uilificare Hier., et simillimum nostro expergificare Gell. Cf. ann. ad 'mortiferare'.

anum eidem fumo offerat.. Ad idem, quod et libidines offerendi et conatus reprimat, ceparum etc.

omnicognoscentia: Mar. Victorin. adu. Arium IV, 24.

omniexsistentia: Mar. Vict. adu. Arium IV, 24.

omniintelligentia: Mar. Vict. adu. Arium IV, 24.

omnimode: Chalc. Tim. 23 *conformatur omnimode ab introeuntibus;* — adi. omnimodus Varr.? App. Cf. multimodus App. Amm. August. Cl. Mam. an. I, 17, adu. multimode Boeth. (uett. multimodis), millimodus Ven.

omniuidentia: Mar. Vict. adu. Arium IV, 23 *ex omniuiuenti omniuiuentia, ex omniuidenti omniuidentia.*

omniuiuentia: Mar. Vict. adu. Arium IV, 23 (uid. 'omniuidentia'), 24.

omphacis: Pl. Val. II, 28 (Paul. Aeg.).

omphacitis, galla: Pl. Val. III, 45.

operabilis: Intpr. Iren. II, 19, 4 *multo operabilior et utilior uidebitur, quae est hic, conuersatio,.. quam fuit paternum lumen ipsorum* (cf. superius: erit materiae admixtio.. aptior et utilior, quam fuit paternum lumen ipsorum).

> *opificius*: Appul. Flor. 9, p. 10 Kr. *in opificiis operibus;* — subst. opificium Varr. r. r., Chalc. in Tim. 258 'corporeis opificiis'.

opinatrix: Chalc. Comm. in Tim. 136 *mutabilium opinatrix*, 211.

optus (ὀπτός): Pl. Val. I, 37 *ut triduo iugiter*[52] *sint optae.*

---

52) Aduerbium iugiter, cum iam App. Cypr. de bono patient. 7 al. usurpauerint, a scriptoribus IV et V sec. ac deinceps concelebratur. Locis ap. Muehlmannum collatis (Auson., Mamertini, Amm., Prud., C. Theod.) insuper addo, quos obiter notaui: Marc. Emp. p. 350 B, 363 B, 370 A.., Pl. Valer. I, 37, III, 6, Chalc. Tim. 23.., in Tim. 326.., Sedul. Op. pasch. dedic., Zeno II, tr. 10, Tichon.

orphanula dem.: Greg. H. Fr. X, 16.

* *osculum* q. orificium [53]): Th. Prisc. IV, f. 317^b *inferiore osculo* (coli) *quod est oppositum*, et ib. aliq.; — cf. osculatio ἀναστόμωσις IV, f. 317^a, C. Aur.

osticus (ὠστικός): Marc. Emp. p. 306 C *acu ostica, id est spiculo, trygonis.*

ostracodermus: Pl. Val. V, 13 *omnia ostracoderma fugienda sunt* (pleureticis).

oxycras (ὀξύκρατον, posca): Pl. Val. I, 63 *dabis cum oxycrate;* — cf. II, 17 'cum mellicrate', 30 'in mellicrate', et sic saep., sed III, 5 'mellicratum.'

De septem regulis 3.., Vigil. Trident. ep. 1, Cassian. De coenobior. instit. I, 2, II, 10.., Maxim. Taur. serm. 53 s. f., Paul. Nol. carm. 27, 53, Saluian. Gub. Dei I, 30, III, 69, 76, ep. 2.., Cl. Mam. an. I, 6, Ruric. ep. II, 15.., Vita Hilar. Arelat. 8.., Julian. uit. contempl. I, 12, 1, Greg. Tur. h. Fr. VIII, 15..

53) Th. Prisc. IV, f. 317^a 'in orificium uuluae duo aditus abire', I, 23, II, chr. 9.., Pl. Val. II, 18, App., Macr.



>*Palliare*: transl. Ps. Eucher. in Regg. comm. II, 4 *coram hominibus uiles apparere refugiunt, et contra hoc, quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius uenustate palliantur*, „Ps. Cassiod. amic. 14, gl. Isid. et Thom. th.“; — partic. palliatus uett., et transl. Val. Max.

parotida: uid. s. u. 'lichena'.

partectum: Chronogr. ed. Mommsen p. 647, 4 *Circensibus partectorum columna ruit et oppressit homines MCXII*, ib. p. 648, 25 (sparserunt in circo aureos et argenteos.) *Partectorum podius ruit et oppressit homines XII.* Hibr., ut paraueredus? Ceterum quid fuerit partectum non liquet; cf. Momms. p. 653, not. 67.

participabilis: Chalc. Comm. in Tim. 337 *formatum quidque compositum sit necesse est ex participante et ex participabili, ut statua, in qua participat quidem aes, participatur uero impressa forma*; al. intpr. Iren. III, 8 ex. *quae facta sunt, non iam eiusdem uocabuli* (quod est Deus) *participabilia esse, neque iuste id uocabulum sumere debere, quod est creatoris.*

parygrum: Marc. Emp. p. 409 F *adhibendum dehinc parygrum cerotum*; — πάρυγρον Galen.

pasta subst. (¿ i. auis uel gallina pasta h. e. saginata, cf. altilis, altilia): Pl. Val. II, 30 *adipis pastae siue phasiani unam* (libram), . . *adipis pastarum unum* (cignum); — al. *pasta* (herba): Id. I, 61 *herba pastae in cibo datur* (phthisicis), cf. herba pastellus uel pastillum id. II, 3 'ad cancrum ma-

millae . . herbae quae dicitur pastellus partes duas tundes diligenter etc. . . herba autem pastillum ab uno radice ascendit et supra XIV (pedes?) uel amplius dispergitur supra terram'; — al. *pasta* (πάστη, = massa panicea, pâte): Marc. Emp. p. 252 F *rasamen pastae quod in magide adhaeret*, 385 D (scammoniae uncias tres, zingiberis uncias tres . .) *mittes in pastam, et deinde mittes in furnum ut coquatur*, Pl. Val. I, 37 *farinae de sigala* (= de secali)[54]) *duas manus plenas tolles;* — hinc demin. pastillus Hor., saepe Plin., all., et dem. dupl.:

pastillulus: Marc. Emp. p. 314 B *ita ut eam spissitudinem habeat, ut pastilluli fieri possint.*

pastilitas: Th. Prisc. IV, f. 316ᵃ (cum in apertionibus corporum, quas anatomas uocamus, pastus in suis uasculis reperitur . .) *subiectam sibi pastilitatis* (γρ. pastillitatis) *cruditatem, hoc est nouum cibum acceptum siue noua subinde nutrimenta.*

**patella* (q. placentae genus): Th. Pr. II, chr. 18 *ex uitellis* (ouorum) *patellae, perfusae cerebellorum puluere aut gallarum aut roris Syriaci.*

**patiens* subst. (der Patient): Pl. Val. I, 43 *cochlear unum patiens ieiunus gargarizet*, al., cf. I, 2 'dabis in nares ei qui patitur'; — sim. *sustinens* subst. id. I, 5 *lauas caput sustinentis ex uino*, cl. I, 14. Cf. annot. ad 'taedium.'

> *patrioticus* subst.: „Venant. uita S. Mauritii 8 *suum patrioticum recognoscens*", ut patriota Greg. M. 'Augustini patriotae uestri', — patrioticus adi. Cassiod.

---

54) γρ. farina de figala; — sicale ed. Diocl. = secale Plin.

pecorinus: Pl. Val. V, 43 *caseum pecorinum* (h. e. ouillum uel caprinum).

* *pecus* i. fetus in utero materno iam animatus, nondum tamen maturus: Tertull. Adu. Marcion. IV, 21 *non .. coagulatus .. ex semine et humore, non caro habitus ante formam, non pecus dictus post figuram, .. diu infans .., tarde homo, sed de coelo expositus, semel grandis, semel totus*, cf. De resurr. carn. 34; Firm. math. VI, 31 *intra matris uiscera impedito partu laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur*, VII, 1 .., Zeno I, tr. 9, 1 *sepelitur, antequam nascatur, matris iam non in utero sed sepulcro incognitum pecus.*

pentafolium[55]: Marc. Emp. p. 263 C, — q. pentaphyllon Plin. App. h.

perassus: Pl. Val. II, 29 *assaturas caprinas perassas manducet.*

percalidus: Pl. Val. II, 20 *aquam percalidam bibat*, III, 12.

percludere: Th. Prisc. II, 5 *si pectora uiscosa quadam pinguedine percludantur.*

perdibilis: Intpr. Orig. in Matth. 117 *si perdibilis naturae erat.*

perfossio: Intpr. Orig. in Matth. 58 *aliquoties inuenit quis furem in ipsa perfossione*, S. S. Exod. (22, 2) ib., „gl. Philox."

---

55) Cf. bisyllabus Varr., bilychnis Petr. inscr., — bigamus Is., quadrigamus Hier., bimeter Sid., centimeter Seru. Sid., monoculus, monolores, dilores etc. HA p. 47 sq., primigenes Ambr., primoplastus eccl., protosedere Tert. Apud Marcell. praeter illud exstant hibridae pseudocalidus, pseudoflauus, pseudoliquidus, ad quae cf. pseudodecimianus Plin., pseudourbanus Vitr. Col., recc. pseudoforum Sulp. Seu. Ven., Pseudoantoninus Lampr. Heliog. 8, 4, alia.

perfractio: Pl. Val. III, 13 *ad paralysin et neruorum tensionem et dolorem et omnem perfractionem* (nisi forte: perfrictionem); — recc. sunt etiam fractio, confractio, refractio; tantum infractio Cic. Tusc. habet, quem cit. Non.

perfricatio: Pl. Val. I, 55 *membra si nimia perfricatione indoluerint*, II, 30 *medetur renum dolori, calculo, colicis, stomachicis et perfricationibus, causis etiam matricis subuenit* (fricatio Cels. Plin. all.). Nisi tamen posteriore loco legendum 'perfrictionibus', quod uocabulum ubique est a perfrigescendo, = catarrhus.

**periculosus* pers.: Firm. m. IV, 1 *faciet callidos, periculosos, uiolentos, sed qui frequentibus soleant rationibus decipi, et quorum uita sit maximis periculis mancipata*, III, 13, 8 *qui nihil ex eis quae cupiunt consequi possint, sed periculosos et qui omne patrimonium amittant*, ib. § 1 *periculosos et qui saepissime decipiantur*, — q. ad pericula paratus ac proiectus (V, 3); sim. tamen Cic. ad Att. s. Cf. luctuosus pers. Firm. V, 7 'anxii solliciti luctuosi.'

perimplere: Intpr. Orig. in Matth. 54 *uerba Christi . . quotidie implentur et nunquam perimplentur.*

perinquietus: Lucifer Moriend. esse pro Dei Filio p. 1032 M. *cur nobis es perinquietus et semper infestus . .?*

perinterficere (καταναλίσκειν): S. S. uers. ant. Num. 25, 11 (Theol. Quartalschrift 1870, p. 36).

† > *peripneumoniacus*: Marc. Emp. p. 327 F; — alii peripneumonicus, peripleumonicus, ut Plin., peripleumoniacus Th. Prisc.

perlustrator: Greg. H. Franc. I, 10.

permarcescere: Intpr. Orig. in Matth. 48 *permarcescente stellarum lumine.*

permigratio: Eugypp. u. Seuer. 55 *per diuersas Italiae regiones uarias suae permigrationis sortiti sunt sedes.*

pernitidus: Gild. Sap. I, 1 *pernitidis riuis.*

peroptatus: Firm. math. III, 10, 5 *gaudia*; — adu. peroptato Cic.

personaceus: Marc. Emp. p. 319 B *lappae maioris id est herbae personaceae*, 318 G, personacea abs. 393 A; cf. App. herb. 36, Veg. u. III, 4, Th. Prisc. IV, f. 315[a], apud quos personatia scribitur, hinc si forte refingendum; ap. antiquiores, ut Col. Plin., herba ea dicitur personata.

* *peruenire* q. intercedere, interrumpere: Firm. m. VI, 31 *cum fuerint nuptiae completae, perueniente mulieris fuga dissoluitur matrimonium.*

peruersare: Marc. Emp. p. 374 B *si uentriculus peruersatus fuerit alicui, aquam bibat unde* . ., — a peruersus inclinatum, ut uidetur, participio in adiectiui ius transgresso, cuiusmodi deriuatiua sunt perplexari Plaut., obesare Col., — et recc.: elixare, falsare, obsoletare Tert., quietare Prisc. (inquietare p A).

perustio: Marc. Emp. p. 250 C *ad capitis dolorem factum ex perustione;* — ustio Cels. Pl., adustio et ambustio Pl., combustio r.

perutiliter: Pl. Val. I, 55 *haec* . . *ad dolorem laterum faciunt perutiliter* (adi. Cic. ep.).

phantasmari: Intpr. Iren. II, 28, 7 *unde uel quemadmodum emisit eam* (materiam Deus), *neque scriptura aliqua ex-*

posuit, neque nos phantasmari oportet, ex opinionibus propriis infinita coniicientes de Deo.

phoenicites (φοινικίτης sc. οἶνος): Th. Prisc. II, chr. 18. Cf. melitites Pl., thymites Col.

**pinguedo* q. spissitudo: Th. Prisc. I, 1 *conteri facies usque in pinguedinem mellis*, 11, 27 . ., Pl. Val. I, 2 *ita ut pinguedinem aquatioris mellis accipiat; — sic et pinguitudo* Pl. Val. III, 8 *donec in mellis pinguitudinem redigatur* (ib. 'ad spissitudinem mellis', cf. Th. Prisc. IV, f. 313[b]), pinguities Th. Prisc. IV, f. 316[a], App., — et adi. *pinguis* Th. Prisc. I, 16 *humorem aliquando pinguem, aliquando aquatiorem mittens*, I, 5 (bis).

pipio (q. auis minuta; inde fr. pigeon): Pl. Val. V, 27 *carnes omnes sunt inutiles de agrestibus auibus, quod genus sunt turdus, perdices, . . merulae . ., et maxime pipiones non saginati coquendi sunt in posca, et deinde assandi* (cl. ibid. 30 'aues agrestes, . . qualia sunt merulae, turdi, . . uel minutae aues praeter illas quae saginatae sunt'), III, 13, V, 10, 24, 34, 41, Lampr. Alex. 41 (quem locum unicum lexica concelebrant).

piscariola: Pl. Val. II, 45 *herbae chamaepitys* (γρ. camipides) *quam piscariolam uocant*; cf. Meyer Gesch. der Botanik, uol. II, p. 406.

platula dem.: Pl. Val. III, 1 *rosaceum in aquam calidam mittes . ., quo platulam lineam infundes et stomacho superpones*, i. e. pannulum linteum, cf. inf.: 'linteum illitum (sc. medicamine) impones supra stomachum'; — plata MA et pro lamina et pro lanx et pro planta (pedis) Cang.

plenarie: Ps. Eucher. in Regg. comm. III, 17 *animas*

iustorum in coelis perfecte ac plenarie dono dilectionis impleuit; — adi. Ambr. Aug. Conf. V, 5, X, 30, Julian. uit. contempl. Ennod. Cassiod.

plexilis: Ampel. 4, 24 *ibi est Nilus fluuius aere factus, plexilis, in cubitis trecentis*; — al. plectilis Plaut., cf. uersilis, uertilis Sid., complectibilis et complexibilis (sup. s. u.).

> *podius* pro podium: Chronogr. ed. Momms. p. 648 (uid. s. u. 'partectum').

* *poetare* transit. et transl.: Lucifer Pro Athanas. II, p. 897 M. (quo possemus te falsum esse testem intelligere, . .) *te falsa haec cum consacrilegis tuis poetasse*; — poetari dep. teste Prisc., qui cit. Ennium, sed act. etiam Ver. Imp. ap. Front.

poliaris, herba (q. polium, ut uidetur): Pl. Val. II, 17.

porrigibilis (ἐκτατός): Chalcid. Tim. 19 *brachiorum porrigibilis et flexuosa substantia.*

> *portesis* (portensis): Chronogr. ed. Momms. p. 637, 7 *uia portese;* — cf. monteses deos Commod. Instr. 21, 1, quem ad locum Oehler affert ex inscr. Nemoresis.

poscula dem.[56]): Th. Prisc. I, 8 *spongia in poscula infusa.*

---

56) Deminutiua a nominibus materialibus (similiterque ab aliis, quaecunque non sunt rerum singularum) ita fere adhibentur, ut per formae deminutionem aut a) significetur tenuitas quaedam, h. e. siue quantitatis modicitas, ut caruncula Cels. VII, 7, 9 = pauxillum carnis, farinula Vulg. Regg. I, 17, 13 'fac de farinula . . panem paruulum', uel etiam contemptibilitas quaedam, ut poscula l. l. dictum uidetur, siue qualitas subtilior, ut puluisculus fere dicitur puluis tenuior (порошокъ), — aut b) discernantur singulares particulae eius materiae, ut carunculae carnis frustilla uel flocci Cels. VII, 27 'carunculae tenues lanulis similes', resinulae Arn. q. miculae resinae (пылинка), uel etiam dicantur resculae ex ea materia confectae, ut farriculum Pall. Exempla alia, recc. potissimum, infra scripsi: a) lanula Cels. VI, 9 (alumen) *inuolutum lanula*, aqunla Plaut. et Cic., ciniscnlus Prud., furfuriculae Marc. Emp., igniculus uett. (огонекъ), picula Marc. Emp. p. 408 F *piculae pondo unum*, Th. Pr. IV, f. 315ª, Veg. u., App. h., cf. водица, винцо, молочко, чаекъ

postsequens: Intpr. Orig. in Matth. 124 *super omnes generationes Judaeorum postsequentes.* Cf. postgenitus Hor., postueniens Plin., postire Sidon.

* *potare* causat.: Th. Prisc. II, 4 *ex hoc frequenter eos potabo.*

* *potentia* q. dignitas, auctoritas, qua quis apud populum ualet: Vict. epit. de Caes. 45, 3 *usque ad praefecturae praetoriae potentiam conscendit*, 48, 16 *post auctam annis potentiam regalem.*

potentificare: Mar. Victorin. Adu. Arium III, 7 *potentia sua, qua cuncta uiuificantur et potentificantur*, I,. 57, Candidi De gener. diu. 1 *non potentificata potentia in generationem alicuius, nedum in Dei.* Cf. sapientificare S. S. (Rönsch op. c. p. 178).

praeaeternus: Mar. Vict. Adu. Arium I, 56 *praeaeternae uitae.*

praeaptare: Intpr. Iren. IV, 20, 8 *praeformans et praeaptans ad id ut subditi Deo simus*, 23, 2.

* *praecantare* aliquem: Marc. Emp. p. 304 D *praecantabis ieiunus ieiunum*, al., — aliquid p. 380 E *filum*, cf. Petr. 131. Hinc sunt recc. praecantamen, praecantatio, praecantator Aug., Ps. Aug. serm. 265, 3, al.

praecausa: Candid. gener. diu. 11 (uid. 'praeprincipium'), Mar. Vict. Adu. Arium I, 3, 63.

praeconfundere: Chalcid. Plat. Tim. 22 *praeconfundi* (προαπορηθῆναι) *mentis aciem necesse est.*

(aurula, frigusculum Tert. Vlp., cf. морозецъ, scabiola Aug., tenebellae, — scientiola Arn., siticula, studiolum, uiriculae), — b) lanulae Cels., hordeolus i. granum hordei Marc. Emp. p. 279 D, Th. Pr. I, 10, IV, f. 312[b], Pl. Val. I, 18, sordicula Marc. Emp. p. 278 E *si s. oculum fuerit ingressa.*

praeexercere: Intpr. Iren. IV, 21, 3 *praeexercens suam partem dispositionibus Dei et assuescens hereditatem suam obedire Deo.*

praefascinare: Porph. ad Hor. Epod. 8, 17 *praefascinandis rebus haec membri deformitas adponi solet.*

praefinitiue: Intpr. Iren. II, 24, 5 *neque menses praefinitiue XXX habent dies, sed alii quidem plures, alii autem minus* (adi. non comparet).

praeintelligentia: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 49 *principium omnium intelligentiarum, praeintelligentia omnium potentiarum*, 50, 51, IV, 19, 26.

praeintelligere: Mar. Vict. Ad Justin. Manich. 1 *uti praeintelligeres adhuc esse tibi requirendum quod* . ., „Boeth."

* *praeiudicium* transl. q. impedimentum: Th. Prisc. I, 10 *caligantes oculos hoc modo curamus, si uulneris aliquid non interfuerit praeiudicium*, 18, cf. II, chr. 18 ex.

praenoscentia: Th. Prisc. IV, f. 318ᵃ *praenoscentia quam prognosin dicimus*, „Sarisber."

praeponderatio: Chalcid. Comm. in Tim. 350 *nec quidquam aequale, quod iactationem praeponderationemque corporum coerceret.*

praeprincipalis: Mar. Victor. Adu. Arium I, 42 *qui sic accipit uitam esse a praeprincipali principio.*

praeprincipium: Candid. Arian. gener. diu. 11 *initium et finis omnium quae sunt* . ., *praeprincipium, praecausa, praestatio, effector* . ., Mar. Vict. Adu. Arium I, 39, 60, 63.

praesagax [57]: Anecd. Heluet. p. 74 *praesagio praesagax, salio salax.*

---

57) Adiectiua deriuatiua in -ax adhuc congregaui octoginta unum, quo e numero uett. 49 (p. A. 2, uoces singulares, quod sciam, 10, u. c. crepax, trahax),

praescriptare: Acr. ad Hor. C. II, 15, 11 '*praescriptum*', *praeceptum, a magistris ludi tractum, qui praescriptabant pueris, quae imitentur*; – scriptare Gramm.

> *praeuentus*, us: Th. Prisc. II, chr. 9 *cum humanior praeuentus causarum arriserit, calidis et nutrientibus imminendum est*, — abl. sing. Tertull.

> *prehensio*: Chalcid. Comm. in Tim. 86, — prensio Capito et Varr. ap. Gell.

primitiualis: Rufin. Orig. in Num. hom. 3, 4 *sanctificatio primitiualis.*

primogenitor: II Tim. 1, 3 ap. Vigil. Taps. Contra Varimad. I, 45 *Deo cui seruio a primogenitoribus* (Vulg. praegenitoribus) *meis in fide.*

prodificare: Intpr. Orig. in Matth. 66 *qui neque mouent neque discutiunt quae dicuntur, neque se ipsos ad prodificandas animas tradunt, sed latere uolunt quae acceperunt*, ibid. *qui uirtutem quidem aliquam acquisiuit et habet dicendi et animas quantumcunque prodificantem, et hanc uirtutem occultat, ut tantummodo tradat uerbum nudum, quod creditus est et accepit*, 42 *Christus si in aliquo loquatur uolente audire et prodificari*, 12, 32, 126, 136, 139. Cf. prodifacere S. S. uers. ant. Jo. 12, 19 'uidetis, quoniam nihil prodefacitis' (Vulg.: 'nihil proficimus'), prodefieri S. S. uers. ant. Hebr. 13, 17, — et deriuatum ab illo uerbo nomen

recc. 32. Simplicia (cum decompositis, ut perspic-ax) sunt 57, praepositionata, ut per-pugnax, incapax, 9, composita 15, et quidem uett. 3: maliloquax P. Syr., multiloquax Plaut., Eust. Hex. I, 11, ferritribax Plaut., recc.: doctiloquax Dracont. Satisf. 61, Ven., falsiloquax, magniloquax gl., uaniloquax, luciferax Ven., lucifugax, putrimordax Boeth., altipetax Ps. Eucher. In Regg. comm. IV, 3 *superbia gentium*, uentisonax, longiuiuax sch. Juu., omniuorax Eugen. Tolet. (sec. VII), uiniuorax Commod. Instr. 18, 16.

prodificatio: Intpr. Orig. in Matth. 66 *qui data sibi uirtute ad prodificationem animarum non est usus*, 103, 139.

profectoria subst.: Hist. Apoll. Tyr. 25 *data profectoria deduxit eos ad litus.*

proficue: S. Plac. 33, 2 *medetur;* adi. Cassiod.

pro-litare: Zeno. Ver. II, tr. 18, 1 *in cultum nefandi ritus . . inter fumidos ignes . . funesto sanguine prolitare*, *ut christianis mentibus Deus possit expelli.*

prudenticulus: Anecd. Heluet. p. 236 *Phronesium dicitur prudenticula*, *Glycerium dulcicula.*

psallentium: Greg. Hist. Franc. I, 43 *cum magnis laudibus psallentioque copioso*, IV, 6 et passim (cf. Cang.), — figura insolentiore, sed cf. silentium, et praeterea serpentium, quod est Isid. Or. XIX, 31, 12 in cod. praestantissimo Guelpherbyt. I (uulg. serpentum); est genus quoddam monilis; — peculantium (peculatus) Commod.

pseudochristianus: Lucifer De non parcendo in Deum delinquentibus p. 992 M. *operarium dolosum pseudochristianum.*

psilothrare (a ψίλωθρον medicamine, quod adhibebatur, ne pili euulsi renascerentur): Pl. Val. III, 52 (uipera in III heminis olei discoquitur . .) *hoc peruncti psilothrantur* [58]).

---

58) Verba denominatiua in -are inclinata a nominibus graecis (nec non barbaris, per Graecos acceptis) rarius usurpauere priores, plura posterior affigurauit aetas. Etenim si ueteris auctoritatis exemplis excerpseris ea, quae a uocibus sunt graecanicis quidem, sed usu uulgi receptis (ut stomachari, rhetoricare) uel etiam refictis ac uernaculae uoculationi accommodatis (ut machinari, purpurare), pauca residua erunt, priscorum pleraque conamina Graeca interpretantium (ut apud Plaut. exenterare, parasitari, sycophantari), praeterea quaedam apud Plinium demum comparentia (ut caminare, malthare). Verum enimuero recentiorum, exsultantium in isto genere figurationis, sunt int. cett.: acediari Vulg., amylare, angariare, apochare, aporiari Vulg., apothecare, cataplasmare, cauteriare, chrismare Gregor. Tur., dropacare Th. Prisc., epitomare, galaticari, gammatus et regammans Grom., gyrare,

† *psoalgicus:* Th. Prisc. II, chr. 21 *haec etiam psoalgicis rite conueniunt, quibus lumbi (ψόαι) dolere consueuerunt.*

psychogonia: Chalc. Comm. in Tim. 94.

pullinaticius: Pl. Val. III, 30 *anthracas, quod alii dicunt oculum pullinaticium, alii carbunculum.* ¿ An: pullinacium (e), ut gallinaceus (pullus, pedes).

purare (pus): Marc. Emp. p. 301 B (. . protinus . . tumorem faucium tollunt;) *uerum si purare fauces uidebuntur, oportebit saepius gargarizare aquam . . mulsam;* — suppurare Cat. r. r. et p. A.

* *purgatio* concr.: Th. Prisc. I, 1 *ferri purgationem et rasuram plumbi uncias senas,* it. I, 6 s. f. (ferri purgamenta I, 9, aeris purgamentum I, 20).

purificatiuus: Rufin. Orig. in Num. hom. 24, 1 *animalia iisdem purificatiuis usibus deputata.*

pustella demin.: Pl. Val. III, 40 *trociscus ad pustellas uolaticas,* IV, 10, Plac. 5, 7 et 7, 16, uel *pustilla,* uti legitur Pl. Val. III, 31 *quantum spatii pustilla teneat in capite,* ib. 36 (pustella, pustellosus Cang.).

---

helleborare, musicari, nablitare, obelare, obryzare, palaestrare, pausare (répausare inf. s. u.), plāgare, plasmare, (replasmare Vig. Taps.), podismare, pompare, prophetare, samiare, scotomare Th. Prisc. diaet., stigmare, syringatus (phthisiscere Sid.). Seorsim ab his habenda sunt (quae obiter attingimus) uerba inclinatu graecissante figurata in -issare, postinde in -izare (idiare), quae aut e uerbis graecis (denominatiuis) in -ίζειν expressa, aut ad similitudinem talium efficta sunt, nonnunquam etiam a nominibus declinata non graecis, sed uernaculis (u. c. atticissare Plaut., cymbalissare Cass. Hem., — iudaizare Vulg., tympanizare Suet., catomidiare, cf. Corssen Beitr. z. lat. Formenl. p. 486, — clysterizare, hymnizare, pandurizare, psalmizare, quae graece non comparent; — patrissare, recc. auctorizare gl. (autoriser), latinizare C. Aur., praeconizare interpr. Iren. (préconiser), pulnerizare Veg. u., Lentulizare Consent., singularizatus Cassiod., tibizare Fulg. M. III, 9, tironizare gl. Pith.

pyramoides: Chalc. Comm. in Tim. 324 *ignem qui est pyramoides* (Boeth. inclinatu lat. pyramidalis).

**pyxis* (acopon p. appellatum): Pl. Val. III, 14, cf. Paul. Aeg. VIII, 19.

Q*uammagnuscunque*: Comp. Vitr. 19 *tabulas quammagnascunque marmoreas.*

* *quilibet* pro quicunque: Pl. Val. III, 22 *ulcera sordida qualibet in parte corporis fuerint*, II, 38, Hilar. Arelat. De uita Honorati 7, 32 *quolibet uiuendo ascenderimus*, *illinc morte detrahemur*, Oros. Hist. VII, 33 *quolibet sese quisque nomine tegat*, *si huic* (ecclesiae) *non sociatur*, *alienus*, Cassian. Coll. XXIV, 26, p. 1326 A t. XLIX Migne. Cf. quamlibet coniunctionis uice q. quamuis uel quanquam: Lucr. III, 985 'quamlibet immani proiectu corporis exstet, . . non tamen aeternum poterit perferre dolorem', Quintil. Inst. Orat. I, 1, 18, freq. Solin., ut 1, 51, 110, 122; 9, 18; 15, 29; 37, 14, Veget. r. m. IV, 34, Prud. Cath. VIII, 53 sq. (cf. XI, 17 sqq.), Claud. Mam. an. I, 27 s. f. 'quamlibet multa breuitatis studio missa fecerim, non tamen omnibus pro causae excellentia supersedi', 20 ex. et saep. (quantumlibet Vop. Bonos. 14, 4 'quantumlibet bibisset, semper sobrius', Cassian. Coll. VI, 15 ex.; cf. nescio quantum Vop. Car. 20, 1 'sed haec, nescio quantum apud populum gratiam habeant, nullius sunt momenti apud principes bonos').

R*abidosus*: Lucif. Pro Athanas. I, p. 865 M. *rapaces canes rabidosos.* Cf. ann. 36.

ramicosus: Marc. Emp. p. 394 E *herniosis, ramicosis, hydrocelicisque* (Plin. XXX, 47, 136 'ramitosis' Jan. et Detl.; olim legebatur 'ramicosis').

ranaceus[59]: Marc. Emp. p. 316 F *olei ranacei heminam.* ¿ An corrigendum rutacei cl. Marc. p. 381 C 'olei rutacei', Th. Prisc. I, 7, Pl. Val. „II, 28."

raptatio: Chalcid. Comm. in Tim. 80 *contra quam mouetur totius mundi raptatio.*

raptatus, us: Chalc. Tim. 18 (uid. 'complosio'), Comm. in Tim. 72 *uelocitate raptatus edere sonos musicos*, 80.

rasorium: Rufin. Orig. in Num. h. 27, 12 *si quis aurifex uas facere uolens frequenter illud .. malleis subdat, rasoriis saepe perstringat, ut et purgatius fiat et ad .. pulchritudinem deducatur*; „Alcuin., gloss."

ratis (uoc. gall.): Marc. Emp. p. 354 D *herbae pteridis id est filiculae, quae ratis gallice dicitur*; — „hibern. raith, raithneach, gael. raineach, cambr. rhedyn, armor. raden."

> *recapitulari* depon.: Intpr. Iren. III, 21, 9 ex. *qui recapitulatur omnia in se, et antiquam plasmationem in se recapitulatus est*, 22, 2; — act. recapitulare Tert. all.

recaptiuatus: Intpr. Iren. III, 23, 1 *iuste a Deo recaptiuatus, qui hominem captiuum duxerat.* Exstat uox in Lex. Forcell. (ed. Germ.), uerum sede non indicata.

* *recompensare* c. acc. pers. (récompenser quelqu'un): Excc. Val. de impp. 49 *Zeno recompensans beneficiis Theodericum*, — ut compensare Greg. M., Beda, Myth. Vat. II.

---

59) Adi. deriuatiua in -aceus (cf. 'personaceus', 'uerminaceus', et HA p. 22 * sq.) inueni 44 uett. (sed 34 p. A., — 2 Cat. r. r. et postt., 1 Laber.), 39 recc.

reconiungere: Rufin. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 1 *eiectum reconiungit ecclesiae.*

> *recontrare*: Potam. tr. 1 p. 1414 *fletus fletibus recontrabat*, — recontrans Tert.

* *recreatio* q. relaxatio, oblectatio: Chalc. Comm. in Tim. 137 (res difficilis) *recreationis legentium causa . . lepido sermone condita*, — r. ab aegritudine Plin.

* *refrigerare* intr.: Pl. Val. I, 37 *colliges in ollam, quam . . mittes in ignem, . . tolles eam, et, cum refrigerauerit, iterum teres.*

regestorium: Greg. Hist. Franc. VI, 11 *regestoria reserant, promptuaria exspoliant.*

* *renuntiatio*: Cassian. Coenob. Inst. XII, 25 *carnalis superbia cum tepido ac male arrepto renuntiationis principio in monachi resederit mente*, et ib. inf., — nisi reponendum abrenuntiationis, quod uocabulum saepe ac sibi proprium habet Cass., ut Coen. Inst. IV, 34, 33, XII 32 'abr. uera quae in exspoliatione omnium facultatum consistit', Coll. XXIV, 2, Coll. III (quae tota est de tribus abrenuntiationis generibus).

repausare (reposer): Theod. Prisc. IV, f. 317^{b} s. f. *in locis refrigeratis bene olentibus repausandi locum accipiant*, intpr. Orig. in Matth. 138 *supra Patris gremium illud* (caput) *repausans*, „Cassian.“; — repausatio Cassiod. Eucher., pausa iam Plaut. all., indeque recc. pausare., pausatio, pausabilis (cf. Studemund Herm. I, p. 304 sq.)

replantare: S. S. Jerem. (1, 10) ap. Rufin. Orig. in Num. hom. 13, 2 *eradicare et subuertere, et reaedificare et replantare.*

* *repositorium* q. horreum: Acr. ad Hor. S. I, 1, 50 '*granaria*', *horrea in quibus frumenta reponuntur, repositoria.*

repropitiatorium: Intpr. Orig. in Leuit. h. 9, 5 *semel in anno pontifex ingreditur ad illum locum, ubi est repropitiatorium, et super repropitiatorium Cherubim, ubi est et arca testamenti et altare incensi,* — pro eo quod est propitiatorium, sicuti repropitiatio, e. c. l. l. *in die repropitiationis*, pro eo q. e. propitiatio, quod et ipsum l. l. legitur.

* *reputare* c. inf.: Solin. praef. 1 *reputaui examen opusculi istius tibi dare.*

* *requirere* aliquem de aliqua re: Cassiod. Inst. diu. litt. praef. p. 509[a] t. II ed. Garet., Venet. 1729 *quendam senem et simplicem de obscurissimo loco scripturae fuisse requisitum*, cf. ib. p. 508[b] *multos de locis obscurissimis inquisitos.*

resigillare: Verecund. In cantic. Ezechiae 5 *quod obsignatum est, resigillet.*

retiaculum: S. S. Psalm. CXL, 10 *cadent in retiaculo eius peccatores*, it. Regg. III, 7, 17, 18, 20, Ps. Euch. in Regg. Comm. III, 20 sq., Ps. Aug. s. 205, 4, — pro reticulum, ut retia, ae schol. Juu. et saepe in S. S. ant. uers. pro rete, cf. Rönsch op. c. p. 259.

retiatus (δικτυωτός): Verecund. In cantic. Debborae 48 *per fenestram retiatam prospexit mater eius* (Jud. 5, 28), ib. inf. *optans ut fenestram efficiat retiatam.*

reuelamen q. reuelatio: Zeno II, tr. 3 *quem pater . . sine reuelamine amplectebatur*, — i. e. „non reuelauit nec manifestauit exterius."

reuersim: Mar. Victorin. Adu. Arium II, 11.

* *reuidere* aliquem: Excc. de impp. 62 *benedicens Deum, se filium reuidisse;* — reuidere ad aliquem Plaut.

reuiuefacere: Mar. Victor. Adu. Arium I, 26 (cf. 'uiuefacere').

reuiuiscentia: Mar. Vict. Adu. Arium I, 58.

> *rhagadium* sing.: Th. Prisc. IV, f. 312^{a} *medicamentum . . faciens . . ad rhagadium*, plur. I, 5, Plin. (ut XXIII, 64, 129), qui al. rhagades.

> *rheuponticum* (ῥᾶ ποντικὸν s. ῥῆον, ῥέον): Pl. Val. II, 14, 33 et saep., „Th. Prisc. IV, f. 314^{a}, Isid.“ (in lexicis latinis, post Gesn., laudatur Amm. XXII, 8, 28).

rhythmizari depon.: Intpr. Iren. II, 15, 3 *secundum prouidentiam Patris . . bene rhythmizati ipsam essentiam* (ib. est etiam rhythmizatio, quod habet Forc. Lex.).

roborabiliter: Greg. H. Franc. IX, 42 *congruae prouisionis tunc roborabiliter ad effectum tendit exordium*; — adi. non comparet.

rosura: Pl. Val. II, 28 *qui sanguinem faciunt cum conatione uel rosura*, ibid. *ad omnes dolores et rosuras uentris* (rosus uentris Marc. Emp. p. 374 A), et sic in eod. cap. in. et f. 183^{a}, l. 60, nisi quod corrupte rasura scriptum est, sicut etiam II, 27 'conationes cum rasura' (recte autem rasura III, 1 'rasura cucurbitarum').

rotabundus: Chalcid. Tim. 15 *qui semper ultra procedere gestiens, eiusdem atque immutabilis naturae coercitione intra obiectum eius rotabundus teneretur.*

S*accellare*: Pl. Val. II, 18 (saccellum ad splenis dolorem: hederae folia in aceto decoques, et ipso aceto furfures,

et feruefacies) *et ita saccellabis;* — saccellatio Veg. u., saccare Lucr. et p. A.

saccomel: Th. Prisc. IV, f. 311[b] *confectio saccomellis.* Cf. not. 9.

saepefatus: Paul. Diac. uit. Greg. M. 23 *saepefata mulier plurimum in sacra religione ac fide proficiens.*

salictor (salitor?): Anth. Lat. 794, 54 *in complexibus ipsis . . salictores quaerit habere nouos.*

salutatiuus: Anecd. Helu. p. 243 *casus* (i. e. uocatiuus).

sanguinatus: Porph. ad Hor. Epod. 17, 51 sq. *puerperio sanguinatos pannos obstetrix lauat*, — sanguinans intr. auct. dial. de or., Quint. decl., App., Tert., Th. Prisc. II, chr. 9, sanguinat intr. Solin. Ponticon praef. Anth. 720, 6.

sarda: S. Plac. 30, 8 *poteris pro sale in uentrem eius* (galli) *sardam aut cerebrum mittere*, — „sardam, butyrum, uid. Cang. Gloss." Ackermann ad l. l.

sardinarius 60): Chronogr. ed. Momms. p. 647, 26 *uascellum sardinarium*, — i. pisciculorum muria conditorum, qui Ed. Diocl. 5, 12 'sardae s. sardinae' dicuntur, cf. Pl. Val. I, 37 'capitis sardinae maioris' et Col. VIII, 17, 12 'tabentes aleculas et salibus exesam chalcidem putremque sardiniam'; aliud est sarda Plin. XXXII, 53, 151 h. e. 'pelamys longa ex oceano ueniens'.

saturice: Porph. ad Hor. Ep. II, 1, 111 *saturice ne sibi quidem pepercit*, id. ad Ep. I, 15, 28 sq., *saturicōs* (!) id.

60) In -*arius* inclinata nomina adhuc collegi uett. 474, recc. 611. Cf. HA p. 37* sq., et talium in hocce libello nouicia exempla, praeter suprascriptum, balsamaria, constitutionarius, ignarius, longarius, martyrarius, matricularius, plenarie, tricesimarius.

ad Ep. I, 18, 19 sq. *saturicos respondet ad haec quae a tristi et amaro dicta sunt*; — adi. satiricus Lact., sch. Juu., Sidon., Fulg. M.

* *saxatilis* q. saxeus: Solin. 10, 5 *imber* [61]).

> *saxifragia:* Pl. Val. II, 36, uel *saxifrica*: id. II, 37 et 38, — quae herba uulgo saxifraga dicitur, ut App. h. 97 'a Graecis dicitur adiantos, aliis scolopendrion . ., Itali saxifragam uocant', Marc. Emp. p. 355 E 'solopendrion quam nos saxifragam appellamus', Ser. Samm., Veg. u., Isid., — nisi quod Plin. adiantum dicit saxifragum appellatum, apud Scrib. 150 'calcifragam' legitur.

> *scabritudo*: Pl. Val. I, 18 *ad caligines oculorum . . et ad scabritudines et ad obscuritatem*, Marc. Emp. p. 279 G, — scabitudinem (animi) Petr., apud quem tamen Buecheler scabritudinem scripsit (cit. Georges Lex. s. u.). Alii postt. scabredo.

---

61) Largum satis Solino lexica latina debent auctarium uocum nouiciarum, ut: cursitatio, dextratio, reiectatio, secubatio, redimitus, u, accendium, bouicidium, confligium, eliquium, indicator, scalpurrigo (?), hirsutia, flexibilitas, * frutectum (q. frutex singulus), gingrina, unguilla, lapillulus, quadrula, angueus, fauillaceus, collimitaneus, stiriacus, auratilis, fellebris, pabulosus, diluuialis, uesperalis, equarius s. (gl.), spontiuus, praecentorius, puellatorius (?), permeabilis, > rubrus, uascus (Seru.), amiculatus 52, 20, bifissus, interamnus adi. (?), interundatus, nigricolor, seiugis, sexangulatus, uersificus, largiusculus, pinguiusculus, differenter, * gentiliter (q. more gentis), multifarie (Ruric. ep. II. 22, Hier. ep. 18, 18, gl. Plac.), indiscretim, moratim, occultim, cernuari dep., escare, maciare (gl.), turbidare (M. Cap. Sid.), uesperari, appectorare, collimitari dep., debibere, inflagrare, innubilare, inuiare, obraucatus, perfretare, praenexus, protuberare (Aus.), subtercauatus, subternatare, superpingere (Auien.), superplaudere, superspicere, febrescere, conuentare, conseptare, feritare (ferre), lambitare, mersitare, occursitare. Alias quasdam uoces dictionesue usus rarioris, et quarum singuli fere auctores allegantur, Solinus sua auctoritate firmat, ut: * continentia q. proximitas 7, 26 'in hac (Boeotiae) continentia Opuntius sinus, Larisa oppidum', Macr., euaporare Gell., 2, 54, hibernum s. (inverno) 5, 8, Cypr. ep. 37, 2, „C. Aur.", interuirere Stat., 52, 61, Claud., quadrus adi. 33, 21 'lateribus aequabiliter quadris', Pall., Grom., > ructuare 1, 74, Aug., * reformare q. restaurare 40, 5 (templum), Eutr. (pacem), cf. Cap. Pertin. 9, 2, triuialiter 5, 27, Arn. sch. Juu.

scalpellare: Marc. Emp. p. 295 D *dentem, si circa eum gingiua suppurabit, scalpellabis.*

scenifactor: Arator De Actt. Apost. II, 514 *nam scenifactor uterque Pollebant operis studiis et dogmate legis*; cf. S. S. Actt. Apost. 18, 3 ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τῇ τέχνῃ, in uers. Vulg.: 'erant autem scenofactoriae artis'.

schininus (σχῖνος, lentiscus): Marc. Emp. p. 321 F *oleum.*

scia (fem., pro ischia neutr. pl.): Pl. Val. II, 45 *cui coxa uel scia dolet*, 33, — et *sciade* (pro ischias, adis): Plac. 23, 2 *sciaden id est coxae dolorem.* Ab eo quod est scia inclinatum est sciaticus (franc. sciatique) Pl. Val., App. h. 24, 2, Boeth. Cf. Cang. s. u. scia.

> *scnips* (σκνίψ): plur. scnipes Rufin. Orig. in Num. h. 13, 4, — al. sciniphes, ut Ps. Aug. serm. 27, 1, et (e κνῖπες) ciniphes uel cinifes.

scortĭnus (pro scorteus): Chronogr. ed. Momms. p. 645 *scortinos asses.*

* *scrofae*: Pl. Val. IV, 8, — q. scrofulae Veg. u.

scrutabundus: Chalcid. Tim. 7 *nocturnis uigiliis scrutabundus* (ἐπισκοπῶν) *omnia recuperaui.*

secundina s.: S. Plac. 14, 10 (equina axungia suffumigata mortuum partum eiicit,) *et secundina mox quoque sequitur*, — pro secundae Cels. Col. Plin., ut et Plac. ipse 16, 49 'caprae secunda ex uino pota mulierum secundas eiiciet.'

sedecennitas: Ps. Cypr. De pascha comput. 7, 18 ex., 32 (sedecennis Aus.).

semialpha: Boeth. Mus. IV, 3.

semigelatus [62]): Compend. Vitruu. 30 *sanguinem bouis semigelatum.*

semimixtus: Marc. Emp. p. 346 A *ex aceti semimixti cyatho uno.*

seminatrix: Intpr. Origen. in Matth. 37 *operationes seminatrices bellorum*, „Sarisber.“

semiuncialis: Solin. 53, 27 *ultra semiunciales* (uniones) *inuentos negant* (semunciarius Liu. Pl.). Comparent inde a: Vitr. bessalis, sextantialis, trientalis, Col. libralis, quinquelibralis, Plin. uncialis, sescuncialis, quincuncialis, quadrantalis (sed quadrantal s. Plaut.), — recc. sunt semissalis Dig., bilibralis gl.

septenatio: Intpr. Iren. II, 15, 1; 30, 7; — octonatio id. II, 15, 1 et 2, I, 1, 1 et saep., item alia id genus, ut quaternatio I, 1, 1 al.

> *septuplus* adi.: Rufin. Orig. in. Num. h. 23, 11 *solis septuplum lumen*, — septuplum subst. Aug., Isid. ord. creat. 5, 7. Cf. simplus, duplus, triplus, quadruplus, octuplus, p. A sescuplus, recc. quincuplus, decuplus, centuplus, multiplus.

serpedo [63]): Isid. Or. IV, 8, 5 *serpedo est rubor cutis cum*

---

62) Composita e semi- et part. perf. inueni — in K (lotzii) et Gg (Georges) lexx. — uett. 26 (quorum p., ut semisepultus, uel p. A., ut semicoctus, semitritus, uel p. et p. A, ut semesus: 19), recc. 16, cui numero accedunt, praeter supra scripta duo, semifractus Bed., semisalitus Th. thes.

63) Cum serpedo cf. imprimis absumedo Plaut., grauedo, recc. faredo Pl. Val., ingrauedo, oscedo, putredo, raucedo Is., tussedo, ac deinceps cetera in -edo, abstr. quidem, quae pro nominibus nerbalibus computanda sunt aut euidenter (ut cupido, uredo, r. turbedo, graece μεληδών, τηκεδών all.) aut probabiliter certe (ut u. c. putredo a putrere, non a putris, pigredo, ut pigror, a pigrere deriuata esse possunt), exceptis tamen mea sententia eis fere, quae simul etiam in -tudo, quasi pleniorem

pustularum exstantia, et nomen sumpsit a serpendo, quod serpat per membra, Thom. thes. p. 563 Maj.

> *sescla* pro sextula i. sexta pars unciae: Anth. Lat. 741, 13 *sextula sexta modo solet et modo sescla uocari*, 11, 15.

* *sideratio* i. siderum uel constellationis efficacia: Firm. m. VI, 31 *haec s. miserum oculis onus caecitatis imponit*, et saep.

siliquastrensis: Anth. Lat. 761, 46 *tum siliquastrensis tangit confinia basis.*

siluicaedus: Chalc. Comm. in Tim. 127 *pastores et siluicaedi ceterique huiusmodi.* Exspectares siluicidae, ut lapicida h. g. all.

similimembrius: Inptr. Iren. II, 13, 3 *et simplex et non compositus et similimembrius et totus ipse sibimetipsi similis et aequalis.*

† *sinapiscus:* Th. Prisc. I, 15 *fomenta ex similibus supra dictis et sinapisco confecta*, — ¿ = sinapi puluis II, 3. Cf. οἰνίσκος („uinum uile", cf. ann. 56).

* *singularitas* realiter q. μονάς: Chalcid. Comm. in Tim. 39 *ut . . ipsa singularitas mens siue intelligentia uel Deus opifex intelligatur*, — abstr. q. μονάς M. Cap., ut VII, 750 'minima omnis numeri mensura s. est'.

solaneus: Th. Prisc. I, 14 *lacerta solanea*, — declinatum, ut uidetur, a forma nunc non comparente in -anus, sicuti sōlitaneus Th. Prisc. III praef. 'solitaneum libellum confeci de mulierum curis, solitaneum, inquam, et remotum

---

quandam formam, habebantur expressa, ut aspredo Cels. Plac. 11, 8 quasi compend. pro aspritudo, ut dulcedo, pinguedo p. A., recc. acredo, albedo, claredo, crassedo, nigredo, salsedo, scabredo, turpedo. Omnino in -edo, inis inueni 40 (recc. 21).

a publico spectaculo' a solitanus Plin. IX, 82, 173 'solitanae' sc. cochleae, cf. Varr. r. r. III, 14. Cf. siccanus Pl., siccaneus Col. et h. g. all. HA p. 19 *.

* *solatium* pro auxilium: Greg. Tur. hist. Franc. II, 41 *quando cum Syagrio pugnauit, hic euocatus ad solatium Chlodovechi eminus stetit*, III, 6 et saep., cf. et IX, 42 *monasterium, quod ex permissu et solatio regum construxisse uisa sum.*

sonorosus[64]: Gild. Sap. I, 14, „gl. Cyr."

> *sopora* subst.: Marc. Emp. p. 250 G *papaueris lacrima quae sopora a quibusdam appellatur*, — adi. soporus Verg. all. p.

sordifluus: [Juuenc.] Triumph. Christi 101 *sordifluus ualido de stipite mundus . . pendet.*

sorditas: Salon. Vienn. exp. in parabolas Salomon. p. 986 B t. LIII. Migne *si aliquam sorditatem uitiorum inueneris, citius castigare et emendare stude;* — sordities Fulg. M.[65]).

* *spatula*: Pl. Val. II, 45 *de spatula mouendo commiscebis omnia*, — q. spatha Cels. Col. Pl. Val. III, 3, — al. spatula Apic., — Vulg., — Grom.

spicella: S. Plac. 11, 14^b *si dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriorem partem spicella demittitur.*

---

64) Cf. huiusce figurae exempla addita in hoc libello: alopeciosus, cancrosus, carcinosus, dactylosus, dorsuosus, effectuosus, familiosus, fermentosus, fictiosus, foeterosus, foetosus, furculosus, gibbosus, improbosus, incestuosus, lamentosus, libentiose, materiosus, rabidosus, spicosus. Omnino in -osus adhuc congregaui uett., si recte computaui, 386, recc. 274.

65) Cf. almities P. Diac. s. u., almitas Beda; pigrities Liu. (-tia uulgo), pigritas gl.; planities u(ulgo), planitas abstr. dial. de or.; — durities Lucr. et p. A. (-tia u.), duritas Cic. s.; segnities Cic. (-tia), segnitas pr.; — lenitas u., lenities r.; magnitas pr., magnities carm. de Phoen.; uanitas u., uanities Amm.; uastitas u., uastities Plaut.

spicosus: Isid. Or. XVII, 9, 3 *nardus herba est spicosa, unde et a Graecis ναρδόσταχυς appellatur.*

spiculator (genus carnificis): Firm. m. VIII, 26 *spiculatores, qui nudato gladio hominum amputent ceruices*, IV, 4, Vulg. Marc. 6, 27, Hier. ep. 1, 8, Aug. serm. 307, 1. Ergo spiculator legendum pro speculator „Sen. De ira I, 18, 4, Benef. III, 25, Tert. Ad uxor. II, 5 (p. 691 Oehl.)."

spinulentus: Solin. 46, 4 Momms. *spinulentis fastigiis hispida* (codd. all. spinosis).

† > *spleniacus*[66]: Th. Prisc. II, chr. 15, — splenicus Plin. Pall., spleniticus Marc. Emp. p. 255 A, 333 H, spleneticus Th. Prisc. II, chr. 15, Pl. Val. II, 18, Plac. 11, 16, App. h., Firm. m. IV, 2, 8 (ut et phreneticus interdum loquebantur pro phreniticus, u. Lexx.).

> *squinantium:* Pl. Val. II, 18 *squinantii semunciam*, I, 11, — σχοίνου ἄνθος, squinu anthos Pall., σχοινάνθιον, schoeneanthon Th. Prisc. II, chr. 13, cf. IV, f. 315ª. Cf. ann. 22.

---

'utpote' in codice optimo Cassellano ubique inueniri scriptum testis est Weber ad l. l., e. c. I, 41, 3, IV, 14, V, 22.

urnator[85]: Firm. math.[86] III, 11, 3 *urnatores aquas ex altis puteis leuantes.*

urnifer: Anth. Lat. 761, 15 *arcitenens tandem, capricornus et urnifer inde* (idem urniger Anth. 616, 6).

ustulatio: Pl. Val. III, 22 *ad nomas* (ib. sup. 'quos uocant cancros') *et ad ustulationes*, „gl. Cyr.", — q. ustura ib. I, 13 'mammarum usturas placat', 32 'ad usturam oris . ., item cui os ex tumore exarserit', II, 30 . . (cf. supra p. 99, ann. 83).

> *usucaptio:* Acr. ad Hor. Epist. II, 2, 162 sq., — usucapio Cic. et ICti.

---

85) Nomina agentiua in -or, quorum (aeque ut illius) originale uerbum aut nullum fuerit aut certo non compareat, sunt int. cett.: aeneator, balneator, ficitor, olitor, uinitor, ianitor, portitor (portus), funditor, caduceator, euerriator P. Diac., frondator, grallator, lectisterniator, officinator Vitr. postt., pellicator P. D., ponator, porculator Cat. et Col., prodigiator Fest., rapinator, salinator, ueterator (q. callidus), uirgator, fistulator (al. sign. fistulatus), praestigiator (praestigiare recc. demum), sarcinator (sarcinare gl.); — recc. bracteator, cuniculator, fornacator, fustibalator, gannator, gulator, latrunculator, muscipulator, nuptiator Hier., oliuitor Sid., ostitor gl. Is., plasticator Firm. m., pocillator App., simpulator, simpuuiatrix, stellionator, tubicinator, tudiator, — praefector (unde praefector-ius, in infima frequentatum latinitate), architector Jul. Val. — Omnino -tor, -rix terminata adhuc inueni plus 1900 (Schaeffer Gebrauch der Derivaten auf -tor, -trix I, p. 4 sq.: 1590). Illorum c. 64% sunt auctoritatis Hadriano recentioris.

86) Voces, quarum auctor habetur Firmicus math. in lexicis fere solus: astur, combustio, ientatio, ingurgitatio, ioculatio V, 4, 6 . ., tutatio, absconsor, bracteator (etiam inscr.), concupitor, diuinator (etiam VIII, 20), ophalmator, mundator, obliguritor, plasticator, supputator, tornator, conflatura, punctura, influxus (et. V, 13), quiescentia, rubedo, cantulus, irascibilis, artuatus, proportionatus (sed proportionare Beda), canillosus, crapulosus, taediosus, cardinaliter, concordialis, bractearius (inscr.), equitiarius, fenerarius, ferramentarius, fiscarius, funerarius s., lacunarius (gl.), orchestopolarius, pellarius, porcarius s., publicarius, spadicarius, uectigaliarius, strumaticus, antiscius (scire), bicorporeus et unicorporeus, inanimans, incompletus, semicorporalis et semicorporeus, semilunaticus, augmentare (et. Greg. M. ep. II, 31, Verecund. In canticum Deuteronomii 6), fulgescere, immaculare, obatrescere, perpexus, artuatim,

uultuatus: Mar. Victorin. De gener. diu. uerbi 8 *omne* τὸ ὄν *in exsistentia uel qualitate figuratum et uultuatum est.*

* *uulsio* concr.: Intpr. Iren. III, 11, 1 *ab his qui dicuntur Nicolaitae, qui sunt uulsio* (ἀπόσπασμα) *eius, quae falso cognominatur scientia* (i. e. gnosticae haeresis); — al. Veg. u.

X*yromyron:* Pl. Val. I, 11 (ξηρόμυρον Aetius), — xyromyrrham Sedulius. —

---

alchymia, apocopus, apocrotus, artocopus, astronomus, bostrychus, colobicus, dysphoricus, dysuriacus, enneadicus, haemorrhoicus, hebdomadicus, hettematicus, hierodulus, hymnodicus, hymnologus (inscr.), mimologus, oligochronius et polychronius, platicus III, 2, VI, 32 . . et platice III, 6, IV, 10 . ., plasticus, trigonicus, * alienus q. mente alienatus, * complexio (ἕξις), * conceptus (animi), * deiectio (opp. altitudo) II, 3, IV, 15, >— laruare (part. perf. antt.); — aliae apud eundem uoces, non ante quartum seculum Caesareanum comparentes in literis int. cett.: falco, circumfusio, constellatio, desudatio (M. Cap.), fractio III, 15, 2, promotio, submersio, supputatio (ap. Vitr., quem citant, non exstat), tortio, cruciator, uestitor, computus, animositas, contrarietas III, 6, 2 et 4, 14, 11, V, 3 . ., saeuitas, tumiditas, tabellio Capit., Firm. IV, 5 . ., ICti postt., caementarius, caligarius s., clauicularius, mansuetarius, margaritarius, monetarius, parietarius, petaminarius, popinarius, ueredarius, fossorius, impraestabilis, irreprehensibilis, sordidare IV, 12, subiugare VIII, 27, 31 . ., conuersim (M. Cap.), biothanatus II, 32, III, 3, 5, 6, 8, IV, 12, VII, 27 . . . (Lampr., Comm. Instr. I, 14 ex., Seru. Aen. IV, 386, Cass. Coll. II, 5, Is. Or. X s. u., — biaeothanatus Tert., cf. Salm. oxerc. Plin. p. 1118 sq.); — uoces singulariae uel rarissimi usus, quibus nouum Firmicus praebet testimonium: cogitabundus Gell., V, 5 'solliciti et multum c.', collisio Just. s., Macr. s., noster praef., conditor poeta ap. Porph., VIII, 11, confoederatio VI, 12, Hier., * congressio q. conflictus Just., III, 7, 5, it. Solin. 1, 75, discursio Amm., III, 4, 4, dulcisonus VIII, 25, Sid., Cassiod., * eiectio t. t. med. (articuli) C. Aur., III, 15, 2, elaboratio Ad Her., V, 1, excubitus B. Hisp., III, 14, 1 *proprio excubitu,* illucere Plaut., V, 3, „Ambr.“, impetuosus Pind. Theb., V, 12 (adu. Acr.), interceptio Cic. (poculi), III, 6, 8 'caducos et lunaticos aut assidua interceptione deficientes', III, 13, 6 'aestus animi et interceptiones', * minutum s. ($^1/_{60}$ grad.) Amm., V, 1 'XXX partes, minuta uero MDCCC', — Grom. p. 374 (m. = $^1/_{10}$ horae), partiliter Arn., II, 16, 18, III, 2, 4, 1 . . ., pastinator Col., V, 4, peregrinator Cic. ep., VIII, 25, pertimere Lact.?, VIII, 9 (ita ut . . pertimeant), praefulgidus Iuuenc., I, 1, IV, 3, reptilis II, 12, Sid., sociatio M. Cap., VI, 31, superatio Vitr., Th. Pr., III, 10, 11, superator Ou., V, 5, uenustare Naen.?, IV, 13, „Ambr.“, uitilitigare Cato ap. Plin., VI, 27, uitilitigator Cat. ap. Pl., V, 5, uocabilis (q. uocalis) Gell., IV, 2.



Subrelicta.

---

abdicabilis: Verecund. Exhort. poenitendi uers. 78 *sit iam abdicabile, sit abominabile semper peccatum.*

> *abigare:* Lucifer De non parcendo in Deum delinquentibus p. 940 tom. XIII Patrolog. (Latin.) ed. Migne *redi ad ecclesiam, a qua te per Arianos abigauit coluber ille refuga, qui uerterit Adam quoque et Euam* (¿ abigeauit, cl. abigeus, abigeator, abigeatus).

* *absolutio* pro solutio, resolutio (= enodatio, explanatio): Intpr. Iren. contra haeres. I, 19 s. f. *interrogat angelum absolutiones parabolarum, quasi non scientem,* II, 10, 1 ex., 27, 2..

acceptabiliter: Intpr. Orig. in Matth. 105 *qui acceptabiliter seruiunt Deo;* — adi. Tert. Lact. all. eccl.

> *acinaticus:* Plin. Valer. De re medica III, 14 *nigrum acinaticum caroenum ne bibat;* — acinaticium uinum Pallad., Dig. Cf. donaticus, donaticius gloss.; empticus Venant., empticius; erraticus, erraticius; mutuaticus Gell., mutuaticius gl.; uenaticus, uenaticius.

adaequitare (adaequare): Amm. Marc. XV, 13, 3 *Hunc* (Musonianum, Orientis rectorem) *Prosper adaequitabat, pro magistro equitum.. militem regens.* Sic a fecundus deriuata sunt et fecund-are et fecund-it-are inscr., a purus et pur-g-are et

pur-g-it-are; cf. longaeuare Ven., longaeuitare Alc. Auit.; pigrari, pigritari Vulg., Lup. et Euphron. ep. 1, intpr. Iren. I, 16, 2, h. g. all.

addiuinare: Intpr. Iren. II, 13, 8 *addiuinantes aduersus Deum* (Plin. XXXV, 36, 88 nunc expulsum).

> *adgeniculare* act.: Scr. Sacr. uers. uet. Matth. 27, 29 „Verc. Veron.“ et ap. intpr. Orig. in Matth. 125 *adgeniculantes se*, — adgeniculans absol. „S. S.“, adgeniculari Tert.

adhumeralis: S. S. Exod. (35, 27) ap. Rufin. Orig. in Exod. hom. 13, 7 *lapides adhumerales* (Vulg. ad superhumerale), qui ibid. inf. dicuntur l. humerales.

* *adiicere* aliquem aliqua re: Aur. Vict. Caes. 21, 1 *incognita munerum specie urbem adiiciens.*

adinspiratio: Intpr. Iren. II, 31, 3 *adinspiratione apostatica et operatione daemoniaca et phantasmate idololatriae per omnia repleti.*

adintelligere: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 42 *quasi aliud adintelligitur, et non perfecte aliud*, ib. IV, 23.

adiunctiue: Intpr. Iren. III, 8, 1 *secundum hebraicam* (linguam) *adiunctiue dicitur Mamuel, et significat gulosum*; — adi. Gramm., inscr. sec. V.

admentiri: Intpr. Iren. II, 30, 9 *neque praeter ipsum neque super ipsum neque mater, quam illi admentiuntur, nec deus alter, quem Marcion affinxit*; — cf. commentiri III, 3, 3 al., Appul.

adoptiue: Intpr. Iren. IV, 20, 5.

adordinatio: Intpr. Iren. V, 36 2 *hanc esse adordinationem et dispositionem eorum qui saluantur;* — adordinare Apic.

adunatrix: Chalcid. in Timaeum comm. 17 *natura coniugabilis et adunatrix distantium limitum.*

adunitio: Intpr. Iren. IV, 33, 11 *adunitionem* (τὴν ἕνωσιν) *Verbi Dei ad plasma Eius,* V, 6, 1.

* *aemulari* q. similare (Vulg. Hebr., gl.) uel imitari: Solin. pr. 7 *qui corporum formas aemulantur*; cf. 1, 80 'Antiochum Artemon quidam sic facie aemula mentiebatur, ut..', Cypr. De hab. uirg. 15 'si quis uultum alicuius.. aemulo colore signasset'.

aeternaliter: Hieronym. in Job comm. 37 *qui in illo* (in Deo) *aeternaliter erant, non iam exsistentes, sed Ipsi soli praescientiae Suae luce conspicui,* „Beda"; — adi. Tert. all.

aeuitas: Chalc. Plat. Tim. 14 *ut aeuitatis exemplo similis esset* (κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς αἰωνίας φύσεως).

affluitas: Hier. in Job 38 *affluentissimam affluitatem largitatemque diuinae gratiae.*

agnifer: [Juuenc.] Triumph. Christi u. 54.

amarizare: Pl. Val. II, 17 *si amarizauerit, adiicies mellis cochlear;* — amaricare trans. Aug., Vulg.

ambidexter (ἀμφιδέξιος): Intpr. Origen. in Judic. hom. 3, 5 '.. *uirum ambidextrum*' .. *utramque manum dextram habet*; *hoc est enim, quod dicitur ambidexter,* ib. inf. et s. 6, hom. 4, 1, „On. lat. gr., Thom. thes."

ambisinister: Intpr. Orig. in Jud. 3, 5 *puto, quod.. e contrario zabulus et principes eius, si dici potest, ambisinistri dicuntur.*

> *amendare:* Amm. XVIII, 6, 18 *amendatis procul Graiorum legatis,* et sic saep. ap. eund. pro amandare editor nouissimus, codicem Vatic. secutus, scripsit.

ancoratus: Compend. Vitruu. 17 *catenis ancoratis fixae tegulae.*

anisatum sc. uinum: Pl. Val. V, 34; — anisum Cels. Col. (anisus Th. Prisc. diaet.).

apotelestos: Intpr. Iren. II, 28, 3 *quoniam mundus hic factus est apotelestos a Deo, temporate initium accipiens, Scripturae nos docent: quid autem ante hoc Deus sit operatus, nulla Scriptura manifestat* (γρ. apotelescos, apotelestixως; — ἀποτελεστικός Plat. defin., Plut.).

aptabilitas (ἐπιτηδειότης): Intpr. Iren. I, 4, 5.

aptabiliter: Intpr. Iren. I, 16 s. f.; — adi. id. II, 30, 3, 4.

aquilonianus: Chalcid. in Tim. 66 *pro differentia regionum, aquilonianae itemque australis*, ib. 68; — cf. meridianus; austrinus Plin., caurinus Grat.

* *arbustus* adi. q. arboris similis, arboreus: Solin. 27, 48 *uirgulto herbido magis quam arbusto*; transl. Tert.

ascella (= axilla): Marcell. Empir. p. 320 H (ed. Steph.), Theod. Prisc. Medicinae praesentan. I, 9, Placit. de medicam. ex anim. 33, 2 *uena quae in ascellis eius est*, Greg. Tur. hist. Franc. IV, 31 *nascente in inguine aut in ascella uulnere*, 33 *flumen igneum, in quem populi mergebantur, et erant alii usque ad cingulum, alii usque ad ascellas, nonnulli usque ad mentum*, VIII, 31.., „Vulg. Leuit. et Prouerb., Isid.“ (hos Georges habet, alios locos S. S. et gl. addit Rönsch Itala und Vulgata p. 96 sq.).

assecutio: Chalc. Plat. Tim. 19 *simulacrorum quae in speculis oboriuntur.. facilis asssecutio est.*

† *autogenitor*: Intpr. Iren. I, 14, 3 *autogenitora et patrodotora uerbum ab ore Veritatis audi.*

* *baiulare* prorsus q. ferre: Th. Prisc. IV, fol. 311ª (ed. Ald.) ex. *radicem pulegii post aurem sinistram baiulabis*; — cf. baiulus pecuniae Cod. Theod., baiulus (ut gerulus) literarum Hier., diuinarum caerimoniarum Firm. math. III, 11, 9 (h. e. 'sacrorum b. simulacrorum', ut est III, 14, 1).

bibitio: Intpr. Orig. in Matth. comm. 95 *bibitionem eius* (calicis) *effugiens*, „gl."

bifidare: Potam. tract. 2 p. 1415 t. VIII Migne *sectum a capite eum bifidarunt.*

blasphemiter: Mar. Victorin. Adu. Arium I, 46 al.

bronchus: Th. Prisc. II, chron. 7 *fit in faucibus* (uitium) *quod dicitur bronchus* (¿ βρογχοκήλη).

* *caerimonia* realiter: Firm. m. III, 11, 9 (uid. s. u. 'baiulare').

captiuatrix: Verecund. In cantic. Debborae 24 *mortem, quae .. captiuatrix fuerat humani generis facta;* — captiuator Aug., Verec. l. l. 17, captiuatio Cassiod., Verecund. In cant. Azar. 12, captiuare S. S., Ambr., Aug., Jul. uit. cont., Cassiod., Ven., Verecund. freq., ut In cant. Debb. 24, 53, 55 . ., all. eccl., Cod. Just., gl.

castidicus: Potam. tr. 2 p. 1416 M. *castidici iuuenis.* Cf. recc. aequidicus, hymnidicus.

* *casula* (genus uestimenti sacerdotalis: chasuble): Vita Fulgentii 18 *casulam pretiosam uel superbi coloris nec ipse habuit nec monachos suos habere permisit; subtus casulam ni-*

gello uel lactinio pallio (h. e. quod ex nigro et albo uariegatum esset) *circumdatus incessit*, „Isid. Or. XIX, 24 casula est uestis cucullata etc.“; casulula Venant.

catathematizare (καταθεματίζειν): Intpr. Iren. I, 16, 3 *quam sententiam digne exsufflantes et catathematizantes*, 13, 4.

chalcolibanum: Intpr. Iren. IV, 20, 11 *chalcolibanum in camino succensum* (χαλκολίβανον N. T. Apoc., Suid.).

* *circinus* (genus morbi): Pl. Val. III, 33 *circinus, quem alii zonam uocant* *); cf. 34 'est genus sacri ignis quod zoster uocatur, quod occidit eum quem appetit, si praecingit.'

circumfinire: Intpr. Iren. II, 1, 4 (Solin. „3“ — imo 1, 36 — falso citat Forc.).

circumfinium: Intpr. Iren. IV, 31, 1 (Lot) *reliquit in circumfinio uxorem suam statuam salis.*

circumobuersari: Intpr. Iren. I, 13, 6 *discipuli eius quidam circumobuersati* (περιπολίζοντες) *in iisdem.*

cleptare (κλέπτειν): Juuenc. In Exodum 937 *qui uitulum cleptat, cogatur reddere quinque*, 883.

coabducere: „Intpr. Iren. III, 25, 1 *qui non in tantum superstitione idolorum coabducti sunt.*“

coaedificatio: Victorin. In ep. ad Eph. comm. I, ad c. 3 in. *an ipse impleret coaedificationem per euangelium.*

coauspicari: Intpr. Iren. V, 5, 1 *coauspicantes* (προοιμιαζομένους) *incorruptelam.*

coemittere: Intpr. Iren. I, 11, 1 *coemissum* (συμπροβεβλῆσθαι) *ei et sinistrum principem*, 29, 2, II, 13, 1.

coerudire (συμπαιδεύειν): Intpr. Iren. I, 6, 1.

---

*) Vt Scribon. 247 'zonam quam Graeci ἕρπητα dicunt', 63 (Gürtelrose).

coincipere: Intpr. Iren. I, 30, 13.

coinfantiari: Intpr. Iren. IV, 38, 2 *coinfantiatum est homini Verbum Dei* (συνενηπίαζεν).

coinfirmari: Intpr. Orig. in Matth. 72 *si discipuli eius coinfirmantur infirmis, quanto magis ipse Saluator . .?* Cf. 'infirmari.'

commassare: Verecund. In cant. Azariae 11 *panis ex multis granis commassatur: . . plurimorum corda in uno spiritu commassantur,* 14 *ut me quoque in similagine caritatis commassare digneris;* — immassare Isid.

commasticare: Pl. Val. I, 2 *stafisagriae grana cum paucis granis masticis commasticabis,* 37, II, 57, „Macer."

commensuratus: Intpr. Iren. II, 33, 5 *commensurata multitudo ante praefinita a Deo generis humani* (τὸ σύμμετρον φῦλον τῆς προορίσεως ἀπὸ θεοῦ ἀνθρωπότητος), „Boeth."

concite: Pl. Val. III, 20 *bulbus . . ad uulnus impositus concite claudit.*

concolligere: Intpr. Orig. in Matth. 73 *concolligens malefacta eorum in breue,* „S. S. uers. ant." (Rönsch op. c. pg. 207).

condonatrix: Intpr. Iren. IV, 13 ex. *amicitia Dei immortalitatis est condonatrix his qui aggrediuntur eam.*

coniugabilis: Chalc. in Tim. 17 (uid. s. u. adunatrix).

consancire: Verecund. In cant. Azar. 8 *consancitus, uidelicet sanctificatus.*

* *conscriptor* = συγγραφεὺς i. e. καταλογάδην συγγρ.: Intpr. Iren. II, 14, 4 *poetae et conscriptores affirmant;* — omnino = scriptor Quint. decl., Arn.

consegregatus: Potam. ep. ad. Athan. s. f. *Trinitatis unitate consegregata.*

conseminatus: Intpr. Iren. I, 15, 3 *qui conseminati sunt cum eo.*

> *conspissare:* Compend. Vitruu. 30 *facies ad modum ceroti ueluti pastillos, et pro modo coagmentorum conspissabis, id est rimas pro modo suo claudi facies*; — part. conspissatus Col. Plin.

contemperamentum: Intpr. Iren. II, 14, 8 (ut nomen Aeonis, qui I, 1, 2 graece Σύγκρασις uocatur).

contenebricare: Intpr. Orig. in Matth. 8 *scriptum est in Lamentationibus Jeremiae in secundo Aleph* (II, 1) '*quomodo contenebricauit Dominus in ira Sua filiam Sion?*'; intrans. Joel (2, 10) ap. intpr. Orig. in Matth. 48 *sol et luna contenebricabunt*, et sic intr. simplex tenebricare S. S. uers. ant. locis a Rönsch l. l. p. 159 citatis. Cf. inf. 'intenebricare.'

* *conuersatio* (ut uersatio Sen.) pro conuersio transl. = commutatio: Vict. epit. de Caes. 18, 3 (Pertinax) *ad humanae conuersationis exemplum per laboris genera uniuersa ad summa prouectus, usque eo ut fortunae uocaretur pila.*

coobaudire: Intpr. Iren. II, 13, 9 *appellatione Dei coobaudiuntur . . et uita et incorruptela et ueritas . . et omnia talia.*

crementare: Verecund. In cant. Deuteron. 14 *si haec agnorum arietumque pinguedo est, herbis fenoque necesse est crementetur*, id. In cant. Exodi 18, In cant. Jonae 12 *quorum anima, dum ingesto deficit cruciatu, Domini Dei sui memoria crementatur;* — incrementare Aug., Prob. comm. Verg.

cubitatio: Rufin. Orig. in ep. ad Rom. comm. IX, 33 *a foedis cubitationibus cubilia appellata sunt (Rom. 13, 13);* — cubitio Aug.

> *custodiarius* adi.: Rufin. Orig. in Numer. hom. 20, 3

casa custodiaria in cucumerario; — custodiarium et custodiarius subst. Tert. Cassiod. inscr.

* *cyclicus:* Hieron. Orig. in Luc. hom. 1 *ut curationibus cyclicis humorum abundantiam siccem, temperem atque restringam,* Th. Prisc. II, chr. 2, — a cyclus t. t. medic. Th. Prisc. II, chr. 11 al., Coel. Aur., Veg. uet.

debullire: Rufin. Orig. in Exod. hom. 4, 1 *in secunda* (Aegyptiorum plaga) *cum ranae debulliunt;* — debullitio „ap. Augustin."

deciformis: uid. 'octiformis.'

* *decimatio* h. e. „tempus quo anniuersariae decimae Deo offeruntur": Cassian. Coll. XXI, 18; al. Capitolin.

decolligere: Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 2 *Aegyptii .., inquit, decolligauerunt axes suos, et cito fugerunt sub aqua.*

> *defigurare:* Intpr. Iren. I, 18, 3 *decem apostoli .. inuisibilem defigurabant* (διετύπουν) *secundum eos decadem;* — al. part. perf. defiguratus Prisc. (synon. deriuatiuus).

defiteri: Verecund. In cant. Azariae 5 *qui dicit se non conseruare, non audire se defiteri non potest; audiuit enim quod se fatetur non conseruare.*

* *delegare* c. acc. et inf. q. iubere: Vita S. Fulgent. 25 *sic rex fieri delegauerat,* ib. 20 *monasterio quod fabricari delegauerat.*

deliciari: Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 6 κατατρυφήσουσιν, *id est deliciabuntur magis, quam delectabuntur . . . Iste deliciatur uel delectatur in multitudine pacis,* id. eiusd. in Num. hom. 21, 1, ante „Ruric. et Venant."

deliciose: Intpr. Orig. in Matth. 61 *qui longe et deliciose nutriti sunt*; — adi. Ambr. Aug. Sedul. M. Cap. all.

* *depositio* pro decessus (sc. de uita): Cassian. Collat. XIX, 1 *prioris abbatis anniuersaria depositio sollemniter celebrabatur*, — quo genere significationis part. 'depositus' iampridem usurpabatur (Lucil. Verg. Ouid.).

deseruitio: Intpr. Orig. in Matth. 105 *deseruitionis Judaicae*, „S. S. Marc., intpr. Iren." (a lexicis abest).

detabescere: Rufin. Orig. in ps. 38 hom. 2, 8 *quia coctae sunt et detabuerunt, uel decoctae sunt carnes.*

* *detractatio* synon. obtrectatio: Cassian. Coll. IX, 3 *detractationes, uaniloquia seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputanda;* — sim., sed ut t. t. rhet., „auct. schem. dian. p. 75 Rhet. lat. ed. Halm."

dignificare: Intpr. Orig. in Matth. 82 *cibum spiritualem et dominicam coenam, quibus dignificatus fuerat a Christo.*

director: Intpr. Iren. III, 25, 1 *necesse est . . cognoscere suum directorem*; — directorium Cod. Theod.

doctrinatus: Cato leoninus u. 264 (lib. IV, dist. 27) ed. Zarncke (Berichte d. sächs. Ges. d. Wiss. 1870) *sis doctrinatus, si quaeras esse beatus.*

† *duodecastylus*: Intpr. Iren. IV, 21, 3 *duodecastylum firmamentum ecclesiae.*

duodeciformis: uid. 'octiformis.'

duricors: Fulgent. Rusp. De uerit. praedest. et grat. 11 *illos quos Christus duricordes uidebat*, Verecund. In cant. Deuterom. 1 *populum duricordem*, ib. 32 *duricordes, Dominum nescientes* (duricordia, ae Tert.); — cf. bicors Commod., mun-

dicors Aug., Ps. Eucher. in Regg. comm. III, 20, ne uulgatiora commemorem ut misericors concors cett.

elusio: Intpr. Iren. II, 31, 2 *per magicas elusiones et uniuersa fraude*, „gl. Philox.“

> *emedullare*: S. S. Num. (24, 8) ap. Rufin. Orig. in Num. hom. 17, 6 *crassitudines eorum* (inimicorum suorum) *emedullabit*; — emedullatus Plin., Sid.

emollescere: Rufin. Orig. in ps. 36 hom. 5, 5 *quae in carnis uoluptatibus emollescit*. Apud Cels. V, 28, 14 nunc legitur ‘mollescit’.

* *enunciatio* q. proditio: Aur. Vict. Caes. 39, 46 *discordiarum metu, dum enunciationibus posse agitari quietem consortii* (i. e. consortium imperii) *putat*.

epistolariter: Verec. In cant. Deuter. 20 *Romanos epistolariter consolans*; — adi. Dig., Cod. Just., Aug., M. Cap. all.

ereptare: Inc. carm. Sodoma 92 *ardua tardo ereptare gradu* (Sen. ep. 102, 2 uox ista iam non legitur).

exaggeratorie: Intpr. Orig. in Matth. 134 *exaggeratorie dicta sunt illa*; — cf. exaggeranter Tert.

> *examinatior* comp.: Rufin. Orig. in Num. hom. 14, 2 *nec examinatior fieret* (uirtus); — sup. examinatissimus Aug.

exanhelare: Hieron. in Iob 15, 41.

exarguere: Verecund. In cant. Manasse 15 *exarguentem se prophetam uinculo pedibus alligauit*.

excalceatio: Intpr. Orig. in I Samuel. hom. 1, 6 *excalceatio hoc est calceamenti resolutio*.

excelsitudo *): Verecund. In cant. Ezechiae 3 *Ezechiam scientem se in altis diebus positum, hoc est in excelsitudinem uitae humanae.*

> *exceptorium* subst.: Intpr. Iren. IV, 11, 2 *exceptorium bonitatis.. homo gratus ei qui se fecit, et exceptorium iusti iudicii homo ingratus;* — adi. Vlp. 'quali exceptorii'.

excolatio: Rufin. Orig. in Num. hom. 27, 12 *excolationes, id est ubi diuinorum uerborum fontes haurit, usquequo excolet eos bibendo.*

excusamen: Commodian. Apol. 771 *nemo potest ullum excusamen dicere, postquam..;* — excusamentum Mart. Cap.

> *exoperatus*: Intpr. Orig. in Matth. 71 *ut ne margaritae nimis exoperatae ante porcos mittantur* (Matth. 7, 6); — exoperari dep. „gl. gr. lat."

* *expositio*: Th. Prisc. II, 9 *uentris expositione compescitur* (leuis uentris dolor); cf. II, 10 'expositis scybalis'.

exsiliatus: Intpr. Iren. IV, 8, 2 *uti exsiliatus homo exiret de condemnatione.*

exstrangulare: Hier. in Iob 30 *me uelut exstrangulantes circumdederunt.*

exsuffocare: Intpr. Orig. in Matth. 78 *patriam proditoris Judae secundum interpretationem Hebraicam exsuffocatam uocari.*

extemporaneus: Intpr. Orig. in Leuit. hom. 8, 5 *cuius*

---

*) Nomina -tudo terminata recc. collegi haec: acerbitudo, aptitudo (attitude), >— asperitudo Tert. App. (aspritudo Cels. Scrib.), certitudo, consimilitudo, crispitudo, disertitudo, dissuetudo, grossitudo, hebetudo Aug. Macr., heritudo, humilitudo gl., incertitudo, inertitudo gl., infirmitudo, ingratitudo, inquietudo, insuetudo, integritudo, languitudo gl., leuitudo, marcitudo gl., planitudo, proceritudo, promptitudo, quietudo gl., rectitudo, scabritudo, simplicitudo, summitudo, tristitudo, — cum supra scripto 32. Prisca et cetera uet. auct. promisca reperi 85.

rei differentias . . colligere, et per singula . . rimari, extemporaneus . . iste sermo non patitur, „gl.“

fauillatim: Verecund. In cant. Habacuc 27 (manibus attrectata illico in cineribus resoluuntur), *ut puluerem fauillatim cum digitis conspicias glutinari.*

fellineus: Verecund. In cant. Deuteron. 32 (haereses uniuersae botrum unum amaritudinis faciunt,) *coeuntibus in se uuis fellineo liquore uexatis;* — felleus Plin., Coel. Aur.: cf. aesculeus, aesculinus Vitr., aesculineus rec., — eboreus, eburnus, eburneus, — fageus, faginus, fagineus, — iliceus Stat., ilignus, iligneus, — populeus, populneus, — querceus, quercinus Tert., quernus, querneus, — roboreus, roburneus, — siliceus, silicineus rec., — uiteus, uitineus Flor.

>*fibulatorium* subst.: S. S. uers. ant. Leuit. 8, 7 (uid. Theolog. Quartalschrift 1870, p. 36); — adi. Treb. Poll.

figuralis: Intpr. Origen. in Leuit. hom. 1, 4 *sacramentum baptismi sub figurali praedicatione denuntians*, „Cassian. Coen. Inst.“; — adu. freq. eccl., u. c. idem intpr. in Leuit. h. 2, 2.

figuratim: Intpr. Iren. IV, 10, 1 (Moyses) *figuratim praenuntiauit eum* (Filium Dei), *pascha nominans.*

fixio (πῆξις): Intpr. Iren. I, 5, 4, II, 12, 7, „uet. gl.“

* *frixorium:* Arnob. iun. in psalm 101 *sicut frixorium, id est fasciculum sarmenti aridum* (Vulg. psalm. 101, 4 'sicut cremium'), — frixorium id est calefactorium Macr. diff., it. Pl. Valer.

heredificare: Intpr. Iren. IV, 22, 1 *hic est finis humani generis heredificantis Deum, uti . . emundati . . in uitam ueniant Dei.*

homicidialiter: Intpr. Origen. in Matth. 14 *homicidialiter se praebebant iis qui crediderant Christo;* — adi. ib. 25, intpr. Iren. I, 6, 3 *muneris* (intell. bestiarii uel gladiatorii) *homicidiale spectaculum;* cf. homicidiarius Panegyr. VIII, c. 4, 4.

> *homonymus* adi.: Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 4 *quid necesse est enarrare per singula, quomodo interior homo exterioris hominis homonymis appellationibus nominetur? Arma exterior homo et interior habet* etc.; — homonyma, orum subst. Quint.

implantare: Intpr. Orig. in Matth. 39 *implantata manifestatio proprietatum Christi in eo, propter quas et dicitur christianus, facit eum ab omnibus habentibus spiritum mundi odiri.*

improsperitas: Rufin. Orig. in Exod. hom. 7, 4 *de prosperitatibus aliorum et de aliorum improsperitate causamur.*

> *inanimal:* Intpr. Iren. V, 7, 1 (caro) *posteaquam exierit anima, sine spiratione et inanimal efficitur;* — inanimalis, ale Lin., Tert. all.

inapprehensibiliter: Intpr. Iren. I, 7, 1 *spiritales . . spiritus intellectuales factos, inapprehensibiliter et inuisibiliter intra Pleroma ingressos;* — adi. Tert. P. Nol. all.

incoinquinabilis: Ferrand. ep. ad Anatol. 4.

incomprehensibilitas: Intpr. Iren. IV, 9, 3 *expulsus ab eo qui est, . . quaeret quidem semper, inueniet autem numquam Deum, sed semper incomprehensibilitatis profundo natabit, nisi per poenitentiam conuersus, unde et abiectus erat, reuertatur.*

inconstabilitas: Intpr. Iren. I, 4, 3; — inconstabilis ib. V, 19 ex.

incrassescere: Rufin. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 8 *si incrassescat anima, ut efficiatur caro.*

indecibilitas: Intpr. Iren. II, 4, 2; — decibilis Isid. al.

indemutatus: Fulg. Rusp. Adu. Pintam 10 *imago indemutata inuisibilis Dei, qui est Filius a Patre genitus.*

* *indiscretio*: Intpr. Orig. in Genes. hom. 17, 5 *stupopore tantae Patris et Filii unitatis atque indiscretionis attonitus*; al. Hieron.

indocibilitas: Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 1 *suam indocibilitatem uel imperitiam simplicitatem uocant*, „App. Dogm. Plat. II, 4"?

inexperibilis: Intpr. Orig. in Matth. 55 (p. 331 t. IV ed. Lommatzsch).

> *infirmari* depon.: Vulg. Ep. ad Corinth. II, 11, 29 *quis infirmatur, et ego non infirmor?*' Rufin. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 2. Hinc part. infirmans q. languens, aeger Sulp. Seu. Greg. M. ep. Cf. 'coinfirmari'.

iniubilare: Hier. in Iob 38 *iniubilarunt omnes filii Dei.*

inseducibiliter: Intpr. Orig. in Matth. 43 *animae, quae propter infirmitatem . . non possunt inseducibiliter permanere in conspectu abominationis desolationis.*

insidiatio: Intpr. Orig. in Matth. 103 *nullam habet rationem idoneam neque insidiatio uestra aduersus me, neque militia uestra cum gladiis et fustibus facta.*

insufferibilis: Intpr. Orig. in Matth. 62 *compulsi tormentis insufferibilibus.*

insurrectio: Intpr. Orig. in Matth. 36 *ut . . fiant insurrectiones aliorum aduersus alios, et gens pugnet aduersus gentem,*

37 *insurrectiones gentium super gentes et regnorum aduersus regna*, „gl. Philox."

intaminate: Intpr. Iren. III, 2, 2 *indubitate et intaminate et sincere absconditum scire mysterium* (γρ. incontaminate, — quod et ipsum aliunde nondum est cognitum); — adi. intaminatus Hor., Tert., Sulp. Seu.

intenebricare: Intpr. Orig. in Matth. 70 *in erroribus intenebricati tenentur*, „S. S. uers. ant. Luc. 23, 45 *intenebricatus est sol.*" Cf. 'contenebricare'.

inturbabilis: Intpr. Orig. in Matth. 119 *ut exhibitus ad criminale iudicium inturbabilis maneret.*

inuenibilis: Intpr. Orig. in uisiones Isaiae hom. 2, 2 *ut, si inueniremus mel, inuenibile est siquidem mel, comedamus quod sufficit.*

irrecessibilis: Intpr. Orig. in Matth. 63 *Christus a se ipso irrecessibilis est.*

labescere: Rufin. Orig. in ep. ad Rom. comm. IX, 32 *quod tempus labescentibus quotidie diebus appropiat, et spatia, quae praetentis augentur, futuris sine dubio minuuntur.*

lēuificare: Hier. in Iob 40 *alia attritu leuificans, sed ipse asper esse non desinens.*

* *logium:* Rufin. Orig. in Exod. hom. 13, 7 *hoc quod dicitur logion, id est rationale, qui est pannus exiguus ex auro et gemmis coloribusque uariis, et superhumerali contra pectus pontificis annectebatur, formam habet sensus rationalis, qui in nobis est*; *in hoc positi dicuntur lapides repletionis* (inscripti nomine tribuum filiorum Israel), ib. 3, in Jesu Naue prolog. p. 8 t. XI. Lomm., in Leuit. hom. 6, 2 et 4.

m*alefidus*: Amm. XXX, 7, 8 *Saxonas . . malefido quidem sed utili commento peremit*, XXXI, 10, 11, Rufin. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 11 *corruptorum hominum malefida colloquia.*

myrepsicus: Intpr. Orig. in Leuit. hom. 12, 4 *oleum, quod arte myrepsica confectum est a pigmentario.*

o*ctiformis:* Intpr. Iren. II, 15, 3 *quia Pleroma ipsorum, cuius imaginem creaturam esse dicunt, octiforme et deciforme et duodeciforme est.*

Denique haec addidi, de V seculi in. scriptis sublecta:

a*mplectibilis*: Paulini Diac. adu. Coelest. 2 *quis hanc tam salubrem, tam amplectibilem* (sententiam) . . *respueret?*

b*acchator*: (Euagr.) Zacchaei Christ. et Apollon. Philos. Consult. III, 8 *ut . . et instruantur dubii et confirmentur infirmi, dum et falsoris prodentur insidiae, et breuitate temporis forte constringitur insania bacchatoris.*

c*ircumrotundare:* (Euagr.) Zacch. et Apoll. Consult. I, 4 *deum, cuius signum circumrotundatum et decussatum est.*

* *compressor:* Victricii De laude sanctor. 6 *compressor lasciuiae;* — spec. q. stuprator argum. Plaut. Aul., Myth. Vat. I.

consedulitas: Victric. laud. sanct. 2 *tuae, dilectissime frater, consedulitati . . gratias ago.*

d*escriptionalis*: Paulin. De benedict. patriarchar. 6, 1 (historialiter praenuntiatur . . de Dan, principem futurum Israeli,) *et per modum descriptionalem, qualis futurus sit, designatur* (Samson namque his uerbis — Gen. 49, 16—18 — praefiguratur etc.).

desperaliter (desperabiliter?): Paul. bened. patr. 6, 2 *desperaliter et inuerecunde ruere* (desperabilis Vulg.).

errollus (erronulus?): Euagrii Alterc. Theoph. Christ. et Simon. Jud. p. 1178 t. XX Migne *ut rem manifestam et in lucem positam errollus non intelligas.* Cf. persolla demin. a persona.

excretio: (Euagr.) Zacch. et Apoll. Consult. I, 19 *capillorum aut unguium excretio.*

falsor: (Euagr.) Zacch. et Apoll. Cons. III, 8 (sup. s. u. bacchator).

illicenter: Innoc. pap. ep. 30, 1 *illicenter dudum petita uitantes.*

intentiosus: (Euagr.) Zacch. et Apoll. Consult. I, 20 *intentiosa prauitate designans, Dei se forsitan praesentia corrigendos, quem tamen postea cruci dantes post signa atque uirtutes credere noluerunt.*

restructio: Bachiarii De repar. lapsi 18 *pro restructione patriae . . ut collapsa restruantur et restructa custodiat . . reaedificentur per tropologias nominum claustra portarum, restruatur in principiis 'porta Probatica'* (II Esdr. 3, 1 iuxta LXX). Verbi restruere pro reaedificare dicti auctor est et Tert.

suballigatura: Gaudent. serm. 4 *partes idololatriae sunt ueneficia, praecantationes, suballigaturae* . ., — „id. q. alligaturae Philastr. 21, ligaturae Aug. doctr. christ. II, 20, id. tract. 7 in Joann. *cum caput tibi dolet, laudamus, si . . non ad ligaturam cucurreris.*"



CORRIGENDA ET OMISSA.

Pag. 5, ann. 10, l. 2 scrib. 281 (37%).
„ —, „ 11, ante brachilis ind.: bisextilis Isid. rer. nat. 6, 4 al., l. 12 ad hoedile: (hoedilia septa hoedorum Acr. ad Hor. C. I, 17, 9) et post monachilis add.: subuentrile Marc. Emp.
„ 6, l. 1 (a summo) add.: Cass. Coll. XIX, 16 *corporalem feminae attactum*, Arn. iun. De Deo Trino I, 9 *duarum manuum unum attactum*, II, 20;
„ —, l. 12 scr. blattae
„ 7, l. 18 add.: Cf. 'sopora.'
„ 8, l. 15 scr. nasculorum
„ 9, l. 22 ante Sidon. ind.: Hier. uir. ill. 2 *fullonis fuste in cerebro percussus*,
„ —, ann. 17, l. ult. scr.: -tanea tamen a subst. in -tas quaedam, ut auctoritas, hereditas, tempestas.
„ 10, ann. 18: l. 3—6 exemplis interserito cantica, ae Venant., scalper Cels.
„ 11, l. 1 ex. add.: serm. 256, 2, et l. 4 post admirans, : Isid. Sent. I, 2, 2,
„ 12, l. 7 add.: Aug. serm. 117, 10, 14 *tribuis illi pro coaeuitate coaeternitatem* 126, 8, 10, Mar. Merc. Nestor. serm. 7, 11;
„ —, l. 10 pro Plin. scr.: Hier. reg. Pachom. 117, q. concoctio uentralis Plin.
„ —, l. 18 add.: intpr. Iren. II, 12, 2 *semper coexsistere ei*, ib. inf., 25, 3 al.
„ 14: ad uocem 'constitutionarius' in Forc. Lex. citatur Cod. Theod. fragm.
„ 15, ann. 21, l. 2 scrib.: recc. adhuc inueni 307.
„ 16, l. 8 pro: Cod. Just.) scr.: Arn. iun. De Deo trino II, 14, Cod. Just., incoadunatio Arn. iun.)
„ — sq., ann. 22, l. 6 sqq. exemplis ind.: auerta corrupt. ex ἀορτήρ, — cento corrupt. e κέντρων, — purpurissum e πορφυρίζον, — struppus e στρόφος, — supparus et -um e σίφαρος, —
„ 17, l. 2 ind. Vulg. Ps., — l. 7 add.: Ambr.,
„ 18, ann. 24, l. 1 corr. 65 . . 28 . .
„ 23, l. 2 add. Aug. serm. 243, 4 *diuersa distensio* (neruorum citharae) *diuersos edit sonos*, 255, 6, Boeth. Arithm. II, 44;
„ —, ann. 26, l. 4 ind. saxuosus Grom.,
„ 25, l. 9 in, leg. collectaculum
„ 26, l. 28 add.: , Egesipp. De bello Jud. V, 53, 1 p. 379 Web. *nec ulla eam* (animam nostram) *curarum humanarum sollicitet exagitatio.*
„ 27, l. 8 leg. expertem salis
„ —, ann. 28, l. 3 post coelementare ind.: documentare, et
„ —, „ —, l. 4 ad decacuminare add.: et cacuminare Ou. Plin.,
„ 28, l. 2 add.: , Arn. iun. in Ps. 118 *narrant idololatrae fabulationes.*
„ —, ann. 30, l. 4 ind.: collacticius inscr.
„ 30, l. 6 add.: Cf. facinerosus Commod. Apol. 9, u. 155.
„ —, ann. 32, l. 10 sqq. exemplis interserito: tetrachmum Vol. Maec. 45 pro tetradrachmum, — † tragicomoedia, — arundifer Ouid., — l. 16 post inextimabilis gl. add. (extimare Victor. Capuan. ex libello de cyclo pasch. 6)
„ 31 ad -frigui add.: Aug. serm. 93, 5 *refriguit charitas*, 135, 7 *friguit.*

Pag. 32, l. 8 ind.: , Isid. quu. in Leuit. 13, 3
„ —, l. 20 add.: Cf. ensiculus Plaut. et ensicula Charis. II, p. 155 Keil al., Prisc.
„ —, l. 5 ante Verecund. ind.: Rufin. hist. monach. 9 *ille cum gratulanter, quae sibi offerebantur, audisset,*
„ —, l. 12 ind.: , intpr. Iren. I, 18, 1 *uirtutes quae uocantur .. uisio, .. auditus, tertia odoratus et quarta gustatio,*
„ 34, l. 8 ante Salon. ind.: Paulin. Diac. de benedict. patriarch. praef. *quae historialiter in ipsis uerbis intelligere possumus,* ib. 6, 1, Gaudent. serm. 9 p. 901 t. XX Migne (opp. spiritualiter, figuraliter), al.,
„ 34, l. 9 post Isid." ind.: (Prooem. 63, et persaepe)
„ —, l. 10 add.: ,Rufin. Benedict. Patriarch. I, 5 'historialem intellectum', Isid. Alleg. 21.
„ —, l. 11 add.: , Isid. de uir. ill. 46.
„ 36, l. 16 ind.: aqualium pro aquale teste Plin. ap. Charis. I, p. 118 K.
„ 37, ann. 35, l. 2 pro 525 scr. 585.
„ —, „ 36 exemplis ind.: ridiculosus Arnob., Hier., ut adu. Rufin. III, 12 *non ridiculosa, ut tu scribis, sed ridicula mihi forte res accidit,* Zeno I, 1. Apud Plaut. Stich. 389 pro 'ridiculosissimus' dudum restitutum est 'ridiculissimus'. Nihilominus Georges s. u. ridiculosus incuriose, ut saepius (cf. p. 99, n. 83), Plautum allegat auctorem.
„ 38, l. 4 add.: Cf. et sup. 'foeterosus'.
„ —, „ 9 sqq. ad u. in-ad-ligare exemplis ind.: inabsconsus intpr. Iren. 1, 5, 4, inpermiscere Booth. Omnia ab in- incipientia uerba bipraepositionata recc. sunt.
„ 39, l. 4 add.: , Diom. I, p. 367 *inceptiua uerbi litera.* Ceterum hanc uocem iam addidit Ott.
„ 40, l. 11 add.: , Aug. serm. 351, 4 *negotio suo, cum tu maiore occupatus es, indifferenter flagitat subueniri,* uita Fulg. Rusp. 13.
„ —, l. 14 ante congeries ind.: ,intergeries gl.,
„ 42, l. ult. add.: ,sustentabilis Lact. mort. pers.
„ 44, l. 10 add.: , „S. S. uers. uet. Luc. 6, 48" (Vulg. inundatio).
„ —, l. 22 add.: , Eutychiani pap. († 283) Exhort. ad presbyteros (quam tamen spuriam esse censeo) p. 166 D t. V Migne *uestimentis laicalibus.*
„ 45, ann. 40, l. 10 pro Tert,, leg. Tert.,
„ 48, l. 5 ind.: myrta Cat. r. r., Th. Prisc. IV, f. 314 [a], ortyga Th. Prisc. IV, f. 315 [b] *ortygarum* (oua),
„ 49, ann. 45, l. 19 ind. incunctabundus (Euagr.) Consultationum Zacchaei christ. et Apollonii philos. I, 18, — l. 20 lassabundus
„ 50, ann. 45, l. 3 leg. 129.
„ —, „ 46, l. 3 leg. 100 . . . (77) . .
„ —, „ —, l. 5 leg. pauefactus et add.: percandefacere
„ —, „ —, l. 7 leg. madefacere
„ —, „ —, l. 8 pro (inf. s. u.) leg. (inf. s. n. prodificare) et post pudefactus ind.: putrefieri,
„ 51, l. 20 post: . . saepe' excidere uerba: S. S. (Rönsch p. 214 sq., qui affert etiam int. cett. Oct. ap. Suet. Oct. 76 et Petr. 56) et sexcenties

Pag. 52, l. 5 add.: (masculatus — sed adi., non part. — ex App. herb. Forc. et Klotz).
„ —, l. 9 add.: , gl. Isid. 'matricularius: pauper, inops.'
„ —, l. 12 add.: (matricularis ex Alcuin. Rönsch p. 121).
„ 54, l. 4 add.: (quae hinc habet Sarisber., quem cit. Forc.)
„ —, l. 27 (in ann. 49) add.: Cf. porro dicare — abdicare, dedicare, indicare, praedicare, — iudicare; — ducare, educare; — fumigare, iur(i)gare, remigare . .; — appellare, compellare, interpellare; — spernari (spernatus pass. gl.), aspernari; — auspicari, conspicari, despicari, suspicari; — assentari; — consternare (in gloss. Labb. exstant delinquatio, derelinquatio, exprimatio, uellatio h. g. alia).
„ 55, l. 16 ante Junior ind.: Tert. de anima 13 *cuius nominatiora pericula aut uota sunt, animi an animae?*, Hier. ep. 52, 8 *unus quidam poeta, nominatus homo, perliteratus*, Rufin. hist. monach. 17 *nominatissimum monasterium* al.,
„ 56, l. 10 add.: , Isid. nat. rer. 11, 1 *terra crassa, obtusa et immobilis, cum aquae crassitudine et obtusitate colligatur.*
„ —, ann. 51, l. 2. pro 76 (87) scrib. 79 (90)
„ 57, l. 9 add. ,trimodus Isid. Diff. II, 154 al., quadrimodus id., unimodus App. Prud.
„ —, ann. 52, l. ult. ante Tichon. ind.: Hier. ep. 46, 12 *canemus iugiter*,
„ 58, l. 4 add. (*anastomosis* Theod Prisc. I, 19).
„ 63, l. 15 add.: An: superueniente?
„ 68, l. 21 leg prodefacere (Ad 'prodificare' cf. Rönsch Das Neue Testament Tertullian's, p. 678—80).
„ ad ann. 57 add.: Exinde eius figurae (in -ax) adinueni exempla haec: *comminax* (decompos., a comminari) Ps. Rufin. Comm. in Oseam III in. *ut postquam comminax denuntiarat auctoritas .. statim causam indignationis suo more subiecerit*, — conuiuax, inedax et ioculax gloss., — *deficax* Facund. defens. trium capitul. V, 2.
„ 69, l. 18 add.: Cf. ann. 55.
„ —, ann. 58, l. 4 leg. receptis
„ —, „ —, l. 5 leg. accommodatis
„ 70, in fine ann. leg. gl. Pith.).
„ 73, l. 24 post. Eucher. add.: hom. 8
„ 76, ann. 60, l. 1 leg. , recc. 632.
„ 79, ann. 63 l. 4 leg. μελῃδών
„ 81, ann. 64, l. 5 leg. , recc. 277.
„ —, ann. 65, l. 1 ind.: lautities, lautitas gl.;
„ 84, l. 9 ante Verec. ind.: Dionys. Exig. Procli ep. de fide p. 410 t. LXVII Migne *temperantiam, quae de affectuum sumit subiugatione uictoriam*,
„ 85, l. 3 scr. subrelinquere, et l. 4 post Iren. add. Dion. Ex. Greg. Nyss. creat. hom. 14.
„ 86, sq. ad ann. 70 (de aduerbiis pro -e in -ter declinatis) cf. Dosith. art. gramm. ed. Keil p. 40 *illud est uitiosum, quod multi dicunt, largiter duriter, cum et illi auctores, qui semel largiter et duriter dixerunt, saepius large et dure dixerint.*

Pag. 88, ann. 71, l. 2 ante haec add. ,
„ —, „ 72, l. 12 leg. occupatus
„ —, „ 73, l. 1 leg. Verba
„ 92, „ 76, l. 9 ind. ,commisculus gl.,
„ —, „ —, l. 20 scrib. pendulus
„ 94, „ 78, l. 10 ind.: soliloquus gl. (soliloquium Aug.),
„ 98, l. 14 ex. scr. ,uispilio et uispiliator gloss.
„ —, ann. 81 ª, l. 1 scr. 81),
„ —, „ 82, l. 7 leg. 601, uett. 369.
„ 99, ann. 83, l. 7 ind.: *anatolicus* I, 4 *cimini anatolici uncia I,*
„ 102, l. 3 add.: Nomina deriuatiua in -tas numerauimus uett. 349, recc. dhuc reperimus 401. Hoc in libello addidimus 26.
„ — ad ann. 85: Addita sunt in hoc libello -tor uel -rix terminata 24.
„ 1*, l. 7 in parenth. ind.: sed etiam abigator, abigatus in gloss. exstat.
„ 3*, „ 20 scrib.: S. S. Judic. 3, 15 ap. Rufin. Origen. etc.
„ — , „ 22 „ : Rufin. ib. inf. etc.
„ — , „ 23 add.: et gloss. Labb. Cf. Rönsch It. u. Vulg. p. 223.
„ — , „ 24 scrib.: Rufin. Orig. etc.
„ 4*, „ ult. scrib.: assecutio
„ 6*, „ in ann. scrib.: (Gürtelrose)
„ 7*, l. 22 del.: *coniugabilis* etc. (cf. p. 14)
„ 8*, „ 25 scr.: . . *crementatur*, Fulg. Myth. III, 8;
„ 9*, „ 13 scr.: *decolligare*
„ — , „ 25 scr.: Rufin. (et ibid. add., quae habet Rönsch op. cit. p. 155, et Petr. Chrysol. serm. 16 *deliciantur fetore*).
„ 10*, „ 3 post *depositio* ind.: (sc. corporis, cl. Arn. iun. in ps. 137 'post depositionem corporis in conspectu psallere angelorum')
„ — , „ ult. add.: , Isid. De fide cath. I, 1, 1 *Judaei . . duricordes, prophetis ueteribus increduli, nouis obstrusi;*
„ 12*, ad 'exceptorium' add.: , Ps. Aug. serm. 200 (Caesarii), 2, gloss. Philox. Aegre fero, quod sero animaduerti, paucula quaedam inter regesta in meis Addendis uocabula exstare iam in Quicheratii Addendis, uel adeo, sicuti hocce, in Forcell. Lex. ed. Germ.
„ — in annot. ad 'asperitudo' add.: , Marc. Emp. p. 274 A . ., Plac. 17, 1
„ 13*, l. 16 scr. Rufin. Origen. etc.
„ — , „ 22 scr. psalm.
„ 14*, „ 25 add.: , Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. hom. 11 (ib. *comprehensibilitas*), Nicet. spir. scti pot. 5.
„ 15*, „ 6 scr. Rufin. Orig. etc.
„ 16* ad u. *labescere* add.: Apud Diom. exstat labisci. Ceterum utroque inclinatu labascere et labasci, fatiscere et fatisci (defetisci) loquebantur, saepiusque uerba inchoatiua a passiuis oriunda formis actiuam tamen formam constat induisse, ueluti u. c. augescere, generascere.
„ — , l. 21 add.: cf. leuifacere gloss. Labbaei (add. etiam in ann. 46). —